15 C. A. Fer. 4. *(Quat. Temp.)* Oct. Concept. Immaculatae B. M. V. dup., ll. 1. n. *Ego Sapientia.* ex Brev. die septima infr. Oct. cum ℟℟. et ℣℣. ut in Fest., rel. ex Lib. recent. hac die., 9. l. et com. fer. Ant. et Or. ppr. in L. et M. ut in Fest. (*Or. fer. quae est ante I. Epist.*); Cr. etc. et Ev. fer. in fin. *In* 2. Vesp. com. seq., et fer. Or. Dom. praec.

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de fer. post Non. in C. Viol. ut in Missal. etc., et in fin.* Bened. Dno *cum* Ev. S. Joan.

16 C. R. Fer. 5. S. Eusebii Ep. M. sem., ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi., 8. ℟. *Dne praevenisti.,* com. fer., in L. et M. *Sacerd. Dei.* 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.* Vesp. de seq., com. praec., et fer.

„ *Extra Civit. vero ubi Eccl. non est consecr.* Vesp. de S. Joan. a Cruce C. *mer. supr.,* com. praec., et fer.

„ *Post Complet. huj. diei usque ad Oct. Epiph. inclus. cessat Off. cujusl. Oct. etc. ut supra 16. Febr.*

17 C. A. Fer. 6. *(Quat. Temp.).* S. Hedwigis Reg.

Vid. dup. *(fuit 17. Octobr.)*. Off. de Com. nec V. nec M., ll. 1. n. *Mulierem.* 1. loc., rel. ibi., 9. l. et com. fer. Ant. et Or. ppr. in L. et M. *Cognovi.* Or. ppr., et Ev. fer. in fin. Vesp. de seq., com. praec., et fer. Ant. *O Sapientia.* I. ex Majorib. quae hab. in Brev. post Vesp. Dom. praec., et sic respect. seq. dieb. In Hymn. *Virtus, honor etc.*, et sic cras.

R „ *Extra Civit. vero etc.* C. A. S. Joan. a Cruce C. dup. (*fuit 5. huj. in Brev. vero 24. Nov.*); ll. 1. n. *Justus.* 1. loc., rel. ibi., 9. l. et com. fer. Ant. et Or. ppr. in L. et M. *Os justi I.* Or. ppr., et Ev. fer. in fin. Vesp. de seq., com. praec. et fer. Ant. *O Sapientia.* I. ex major. ut supra. In Hymn. *Virtus, honor. etc.*, et sic cras.

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de Fer. post in C. Viol. etc. ut 15. huj.*

18 C. A. Sab. *(Quat. Temp.)*. Expectat. Partus B. M. V. dup. maj. Off. ut in fin. Brev., 9. l. et com. Sab. Ant. et Or. ppr. in L. et M. ppr. in fin. Missal. (*Or. Sab. quae est ante I. Episl.*); Cr., ac Praef. *Et te in Expectat.*, et Ev. Sab. in fin. Ad Prim. ℣. *Qui ventur. es.* In 2. Vesp. loc. 5. Ant. *Ecce Ancilla.* dic. *De fructu.* cum Ps. *Memento.*, com. Dom. Ant. *O Adonai.*

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. unic. Or. II. de Sab. post Non. in C. Viol. etc. ut 15. huj.*

† 19 C. Viol. Dom. IV. Advent. 2. cl. De ea sem. Invit. etc. ut in Dom. praec., et ppr. loco. In Miss. sine *Gloria.* Or. ibi., Cr., Praef. Ss. Trinit., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq. *mer. supr.*, com. Dom. Ant. *O Radix.*

„ *Extra Civit. etc.* Vesp. de S Barbara V. M. Or. ppr. in Lib. nov., com. Dom. Ant. *O Radix.*

„ *In Eccl. Metrop. Min. etc. ut in Dom. I. Advent.*

R 20 C. A. Fer. 2. (*Vigil. sine jejun. de qua nihil in Off.*) S. Joan. a Cruce C. dup. *(fuit 5. huj. in Brev. vero 24. Nov.)*; ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi; com. fer. in L. et M. *Os justi I.* Or. ppr. 3. Or. Vigil., et ejus Ev. in fin. Vesp. de seq., com. praec., et fer. Ant. *O Clavis.*

hora mat. 2. 8.

„ *Extra Civit. ubi Eccl. non est consecr.* C. R. S. Barbarae V. M. dup. *(fuit 12. huj.)*; ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov. com. fer. in L. et M. *Loquebar.* Or. ppr. in Fol. nov., 3. Or. Vigil., et ejus Ev. in fin. Vesp. de seq., com. praec; et fer. Ant. *O Clavis.*

„ *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de Vigil. post Non. 2. Or.* de fer., 3. Deus, qui de B. M. V. *etc. ut 15. huj.*

Hodie P. L. h. 2. m. 12. vesp.

R 21 C. R. Fer. 3. S. Thomae Ap. dup. 2. cl. Off. ut ibi., com. fer. Ant. *Nolite timere.* quae patet post lect. 3. noct. huj. diei in L. et M. ppr. cum Cr., et Praef. Ap. In 2. Vesp. com. seq. Or. ppr. in Lib. nov., et fer. Ant. *O Oriens.*

„ *Extra Civit. etc.* In 2. Vesp. com. S. Bernardini Sen. C., et fer. Ant. *O Oriens.*

R 22 C. R. Fer. 4. (*Jejunium.*). S. Barbarae V. M. dup. *(fuit 12. huj.)*; ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov., com. fer. in L. et M. *Loquebar.* Or. ppr. io Fol. nov. In 2. Vesp. com. seq., et fer. Ant. *O Rex.*

„ *Extra Civitat. etc.* C. A. S. Bernardini Sen. C. sem. *(fuit 20. Maii.) mer. supr.*, ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi., com. fer. in L. et M. ppr. 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.* Vesp. a cap. S. Ubaldi Ep. C. *mer. supr.*, com. praec., et fer. Ant. *O Rex.*

R 23 C. A. Fer. 5. S. Bernardini Sen. C. sem. (*fuit 20. Maii*).; ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi., com. fer. Ant. *Ecce completa.* ut in Brev. ante fer. 2. praec. in L. et M. ppr. 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.* In 2. Vesp. com. fer. Ant. *O Emmanuel.*

„ *Extra Civitatem etc.* C. A. S. Ubaldi Ep. C. sem. (*fuit 22. in Brev. vero 16. Maii.*); ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi., com. fer. Ant. *Ecce completa.* ex Brev. ante fer. 2. praec. in L. et M. *Statuit.* Or. ppr., 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.* In 2. Vesp. com. fer. Ant. *O Emmanuel.*

24 C. Viol. Fer. 6. Vigil. Nativit. D. N. J. C. *cum jejunio.* De ea. Ad Matut. Invit. *Hodie scietis.* ppr. Hymn. *Verbum Supernum.* Ant. et Ps. huj. fer.

ex Psalt. ℣. *Hodie scietis.* Absol. *Ipsius;* Ben. *Evang. lect.*, II. ibi. Ad Laud. et rel. Hor. fit Off. ritu dup. In Miss. ppr. sine *Gloria.* et sine *Cr.* dic. unic. Or., et post Grad. omitt. *Allel.* et ℣. seq., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq. sine com. In Hymn. *Jesu.. qui natus.*, et sic usque ad Epiph. exclus., et deinc. post *Alma Redempt.* etc. dic. ℣. *Post Partum.* et Or. *Deus, qui salutis.* usque ad 2. Vesp. Purificat. B. M. V. inclus.

„ *In Eccl. Metrop. Min. utunt. Dalm., Pluviale vero pro canendo Martyrol. debet esse C. Viol.* S. R. C. 22. Mart. 1817. N. 4377. ad 8.

„ *Hodie et deinc. usque ad Oct. Epiph. inclus. prohib. Miss. votiv. et Def., ac de cadente Anniv., non tamen prohib. Solemn. de Req. praes. corpore.*

„ *Sacerdos celebratur. seq. nocte per horas 6. sit jejun. ex congruentia.*

„ *In Eccl. Metrop., et alibi I. Miss. cant. post mediam noctem. II. cras in Aurora, et non prius, nisi privileg. sit concess., et haec post Hor. Prim. III. in die post Tert.*

„ *Ante Auroram prohib. ministr. Sacrament. Poenitent. et Eucharist., praesertim mulierib., except. gravit. infirmis.* S. R. C. 23. Mart. 1686. N. 2956, ad 2.

„ *Si quis Sacerdos die seq. celebrare debeat in locis inter se dissitis, nec sit alius Sacerdos, qui Calicem primo adhib. purificet, idem Calix transferend. est pro rel. Miss. Ut autem decentiae, ac reverentiae Sacramento debitae consulatur, Sacerdos post sumpt. Ss. Sanguinis Calici impurificato imponat Patenam et Pallam, quas cooperiat velo, quod etiam circumligabit Calici prout fit in reposit. Sacrament. in Sepulcro fer. V. in Coena Dni. Calicem vero sic coopert. et circumligat; defectu Tabernaculi, relinquat in Altari super Corporale usque dum suo tempore sic praeparatum decenter deferat ad aliam Eccl., ut ibi., celebret etc., et in ult. Miss. illum purificet de more* S. R. C. 16. Sept. 1815. N. 4365.

† 25 C. A. Sab. Nativitas D. N. J. C. dup. 1. cl. cum Oct. (*Fest. Pal.*). Omn. ppr. ut ibi. In Miss. Cr.

ad cujus ℣. **Et incarnatus est.** in Miss. Solemn. omnes genufl., Praef., et *Communicant.* ppr. per Oct. Ad Prim. ℣. *Qui natus.* usque ad Epiph. exclus. In 2. Vesp. com. seq., et Omn. Sanctor. Martyr. Ant. etc. ex Lib. nov.

„ *Hodie prohib. Miss. in Orat. privat. nisi privileg. sit concess. infirmo, et Solemn. de Req. etiam praes. Cadav.*

„ *Hac die celebr. possunt 3. Miss. In I. et II. non purificat. Calix, nec sumenda est ulla purificatio; Sacerdos enim omnes Miss. jejunus celebrare debet, et dictis Orationib. consuetis abluant. digiti in vase mundo, et abstergant. Purificatorio. Et si quis per accidens sumpserit purificat. in I. vel II. Miss. debet abstineri a celebrat. aliar. Missar. Item in I. Miss. ad* Communicant. *dic.* Et noctem. *In II. Miss. omitt. commem.* S. Anastasiae; *in III. vero sumunt. omnes purificat., et in ejus fin. legit.* Ev. Epiph. *Qui unic. Miss. celebrat dicat III. non vero I. vel II.*

✝ R | 26 | C. R. Dom. (*vacat.*). S. Stephani Protom., et Commem. Omn. Sanctor. Martyr. dup. 2. cl. cum Oct. (*Fest. Praep.*). Off. ut ibi., com. Omn. Ss. Martyr. ex Lib. nov., et Oct. Nativ. Dni in L. et M. ppr. (*Or. etc. pro Omn. Ss. Mm. ex Fol. nov.*); Cr., Praef., et *Communic.* ut heri. Vesp. de Nativ. a cap. S. Steph., com. Omn. Ss. Martyr. ex Lib. ut supra; seq., et Oct. Nativ.

R | 27 | C. A. Fer. 2. S. Joan. Ap. et Evang. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut ibi., com. Oct. Nativ. et S. Steph. in L. et M. ppr., Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. a cap. S. Joan; com. seq., et 2. Oct.

☾ **Hodie U. Q. h. 3. m. 44. mane.**

P. | 28 | C. Viol. Fer. 3. Ss. Innocent. Mm. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut ibi. In 3. noct. loco 2. Ant. *Tradiderunt.* dic. *Isti sunt.* Non dic. *Te Deum.* sed 9. ℟., com. 3. Oct. in L. et M. ppr. sine *Gloria.* Ad *Grad.* omiss. *Allel.* et ℣. seq. dic. *Tract.*, Cr. etc., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de Nativ. a cap. Ss. Innocent., com. seq., et 3. Oct.

R | 29 | C. R. Fer. 4. S. Thomae Cant. Ep. M. sem., ll. 1. n. *A Mileto.*, rel. ibi., com. 4. Oct. in L. et

M. ppr. cum Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. ritu dup. a cap. de seq. Or. *Praesta.. ut qui.*, com. Dom. infr., Oct. Ant. *Dum medium.*, praec., et 4. Oct.

30 C. R. Fer. 5. S. Nicephori M. dup., ll. 1. n. *Incip. Epist. B. Pauli Ap. ad Rom.* ex Dom. infra Oct. Nativ., rel. in Lib. nov., 9. l. et com. Dom., et 4. Oct. in L. et M. *In virtute.* Ev. *Si quis vult.*, Cr. etc., et Ev. Dom. in fin. Vesp. de Nativ. a cap. de seq., com. praec., Dom. Ant. *Puer Jesus;* et 4. Oct.

R 31 C. A. Fer. 6. S. Silvestri Pp. C. dup. ut ibi., com. 4. Oct. in L. et M. ppr. cum 6. Orat. *Deus, cujus Misericordiae etc.* pro gratiar. actione, quae patet post Miss. votiv. Ss. Trinit., Cr. etc. Vesp. de Circumcisione Dni sine ulla com. C. A.

„ *In Eccl. in quibus asservat. Ss. Eucharist. Sacramentum Solemnit. cantet. Hymn.* Te Deum. *in gratiar. actione pro beneficiis a Deo hoc anno collatis.*

Hora mat. 2. 9.

LITTERA MARTYROL. PRO SEQ. ANNO ERIT. G. MAJUSC.

O. A. M. D. G. B. M. V. H.

SUFFRAGIA

de Ss. Patronis et Protectoribus Archi-Dioecesis dicenda post Commemorationem Ss. Ap. Petri et Pauli.

AD LAUDES.

Antiph. Laudemus Viros gloriosos, et Parentes nostros, quorum sapientiam narrant populi, et fidem nunciat Ecclesia.

℣. Orate pro nobis Ss. Martyres, et Protectores.

℟. ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Qui ℣. *et* ℟. *tam ad Laudes quam ad Vesp. dic. ab Oct. Epiph. usque ad Purification. B. M. V. tant., deinc., vero, quia* ℣. Ora pro nobis etc. *dict. fuit pro S. Maria sumat.*

℣. Exultabunt Sancti in Gloria.

℟. Laetabuntur in cubilibus suis.

Quae si in Off. recitata fuerint, loc. ipsor. dic:

℣. Laetamini in Domino et exultate Justi.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Quae si quoque fuerint dicta, sumat.

℣. Exultent Justi in conspectu Dei.

℟. Et delectentur in laetitia.

OREMUS.

Precibus et meritis Ss. Martyrum tuorum Hilarii, Tatiani; Hermagorae, et Fortunati concede nobis, Omnipotens et Misericors Deus, ut in fide, quam, Te docente praedicarunt, humiliter, et constanter perseverantes, eorum gloriae in aeterna beatitudine copulari mereamur.

AD VESPERAS.

Antiph. Hi sunt Viri Sancti, qui pro testamento Dei laverunt stolas suas in Sanguine Agni, et ideo nomina eorum vivent in aeternum.

℣. Orate pro nobis etc. } *ut supra usque ad Pu-*
℟. Ut digne efficiamur etc. } *rificat., deinceps. etc.*
℣. Laetamini in Domino etc.
℟. Et gloriamini etc.

Quae si fuerint recitata, dic:

℣. Exultabunt Sancti etc.
℟. Laetabuntur etc.

Quae si parit. fuerint dicta, sumat:

℣. Exultent Justi etc.
℟. Et delectentur etc.

OREMUS.

Precibus et meritis Ss. Martyrum tuorum etc. *ut supra.*

In devot. publ. pro Celsissimo ac Reverendissimo Antistite Nostro sumat. seq.

ORATIO.

Deus omnium fidelium Pastor et Rector, Famulum tuum **Andream,** quem Pastorem Ecclesiae tuae Goritiensi praeesse voluisti propitius respice; da ei quaesumus, verbo et exemplo, quibus praeest proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Dominum etc.

Casus reservati

a quibus, praeterquam in mortis articulo, nonnisi obtenta a superiore reservante facultate absolvere licet.

Casus reservati, de quibus hic agitur, sunt *papales* et *episcopales*.

Casus papales fere omnes propter annexam censuram (suspensionis, excommunicationis et interdicti) Summo Pontefici reservati sunt, et in corpore juris can. nec non in Bullis et Constitutionibus apost. potissimum continentur. Cum vero censurae non incurrantur, ubi deest contumacia, sequentes tantummodo, in his partibus forsitan occurrentes enumerare placet: Denuntiatio falsa innocentis confessarii de sollicitationis crimine, apostasia, haeresis, schisma, percussio clerici, duellum, adscriptio sectis clandestinis, carbonariis, massonicis aliisq. similibus, violatio clausurae monialium, communicatio in sacris cum excommunicatis a Papa, absolutio complicis peccati turpis; effractio et spoliatio ecclesiarum, vel occupatio bonorum loci pii, simonia realis et confidentialis, retentio et lectio librorum prohibitorum, absolutio a casibus sive Papae, sive Ordinario reservatis etc.

Quoad casus papales notandum est eos, si occulti sint, fieri episcopales.

Cum praeterea amplae hac in re facultates a Summo Pontifice Nobis concessae sint, confessarii ejusmodi casus ad Nos referant.

Casus Ordinario dioeces. reservati.

I. Perjurium sive assertorium, sive negativum solemniter emmissum, i. e. falsum testimonium in judicio datum et juramento confirmatum.

II. Abortus foetus sive animati sive non animati reipsa procuratus.

III. Homicidium voluntarium et intentum, sive per se sive per alium perpetratum.

IV. Actus venereus cum hebraeis et inter confessarium et poenitentem consumatus.

V. Incendiarii voluntarii crimen effectu secuto.

VI. Attentatio machinationis aut conjurationis contra terrae principem.

Circa hos casus Nobis reservatos declaramus: 1. Volumus, ut reservatio cesset, si quis bona fide confitetur i. e. quin sciat, peccatum confessum esse reservatum vel confessarium absolvendi facultate non esse munitum. Ignorantia vel negligentia confessarii ipse non noceat. 2. Quilibet confessarius in hac dioecesi approbatus valide absolvat a casibus Nobis reservatis, quando excipit confessiones sponsorum sponsarumve, qui intra paucos dies matrimonium inituri sunt, vel quando agitur de susceptione S. Viatici, Extremae unctionis et Communionis infirmorum, etiam devotionis causa. 3. Quae in praecedentibus ad 1. et 2. dicta sunt, etiam de casibus *occultis* papalibus valeant. 4. R. D. Decanos autorizamus in casibus Nobis reservatis, excepto III. et VI. injuncta gravi poenitentia salutari absolvendi, quin alios confessarios subdelegare valeant. 5. Concedimus pariter RR. DD. Decanis facultatem subdelegatam in actu sacramentalis confessionis dumtaxat dispensandi cum Incestuoso, sive Incestuosa ad *petendum debitum conjugale*, cujus jus amisit ex, superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea vel consanguineo sive in primo et secundo, sive in secundo (aequali) gradu suae uxoris, seu respective mariti; remota occasione peccandi, et injuncta gravi poenitentia salutari, et confessione sacramentali quolibet mense per tempus arbitrio dispensantis statuendum. 6. Quotiescunque Confessarius concessa ipsi facultate a casu reservato absolvit declaret poenitenti, id fieri auctoritate a Nobis delegata. Quando vere agitur de restituendo jure petendi debitum conjugale, declarandum est poenitenti, dispensationem fieri auctoritate Sedis Apost. Nobis delegata et Confessario subdelegata.

Confessarii vicinarum dioecesium.

Ubi consuetudo locum habet, ut in casibus extraordinariis, sacerdotes vicini alterius dioecesis in auxilium vocentur, hanc consuetudinem ratam habentes permittimus, ut ejusmodi sacerdotes a proprio Ordinario approbati confessiones in parochiis et curatiis Nostrae dioecesis excipere valeant a peccatis non reservatis.

Benedictio Apostolica in mortis articulo.

Facultate a S. Patre Nobis concessa utentes concedimus omnibus Nostraė dioecesis confessariis approbatis (quoad Moniales earum confessariis ordinariis) potestatem delegatam dandi Benedictionem apostolicam cum Indulgentia plenaria, adhibita formula a Papa Benedictio XIV praescripta, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus in mortis articulo constitutis, si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti sint, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu corde et ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, et mortem tanquam peccati stipendium de manu Domini patienti atque alacri animo susceperint.

Formula Benedictionis apost.

A fel. rec. Benedicto Papa XIV. praescripta quae in recentioribus Ritualis Rom. editionibus passim reperitur, sequentis tenoris est:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Coelum, et Terram.

Antiph. Ne reminiscaris Domine delicta Famuli tui (*vel* Ancillae tuae) neque vindictam sumas de peccatis ejus. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, etc.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Salvum fac Servum tuum (*vel* Ancillam tuam, *et sic deinceps*).

℟. Deus meus sperantem in Te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius Famulum tuum N. quem tibi vera fi-

des, et spes christiana commendant, visita eum in salutari tuo, et per Unigeniti Tui Passionem, et Mortem omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge, ut ejus anima in hora exitus sui Te Judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus Confiteor etc. *Sacerdos dicat* Misereatur etc. *deinde*:


Dominus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti; Et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine Patris etc.

Per Sacrosancta humanae reparationis mysteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes praesentis, et futurae vitae poenas, Paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat Te Omnipotens Deus, Pater, Filius et Spiritus Sanctus. Amen.

Facultas benedicendi sacra paramenta.

Obtenta a Sede apost. facultate damus hisce R.R. D.D. Decanis et Parochis potestatem benedicendi paramenta et alia utensilia ad Sacrificium Missae necessaria, ubi non interveniat sacra unctio, et reconciliandi ecclesias pollutas aqua ab episcopo benedicta et in casu necessitatis etiam aqua non benedicta ab episcopo.



Examina Generalia

pro beneficiis curatis habentur hoc anno:

Primum. **4. Maii et sequentibus.**

Secundum. **3. Augusti et sequentibus.**

DIES NORMALES

Quibus omnis generis spectacula publica, saltationes, delectationesque etc. in Statibus Caesareo-regiis juxta suprema Resolutione die **19.** Augusti **1826**, prohibentur.

I. Ultimis tribus diebus Adventus;
II. In Festo Nativitatis Domini;
III. Feria IV. Cinerum;
IV. In Festo Annuntiationis B. M. V.
V. A Dominica Palmarum usque ad Dominicam Resurrect. Domini inclusive;
VI. Dominica Pentecost.;
VII. In Festo Ss. Corporis Christi;
VIII. In Festo Nativitatis B. M. V.

Insuper prohibentur Musicae saltatoriae et choreae publicae, aeque ac privatae, etiam toto Adventus Domini tempore, et sequentibus diebus usque ad Epiphaniam inclusive; a die Cinerum usque ad Dominicam in Albis pariter inclusive; omnibus diebus jejunii de praecepto, nec non diebus Veneris et Sabbati per totum annum.

ANDREAS

Archiepiscopus.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

DIES NORMALES

[illegible] spectacula publica, saltationes, [illegible] in [illegible] juxta [illegible] de [illegible] augusti [illegible], prohibentur.

- I. Ultimis tribus diebus Adventus;
- II. In Festo Nativitatis Domini;
- III. Feria IV. Cinerum;
- IV. In Festo Annuntiationis B. M. V.;
- V. A Dominica Palmarum usque ad Dominicam [illegible] Eius [illegible];
- VI. Dominica Pentecostes;
- VII. In Festo Ss. Corporis Christi;
- VIII. In Festo Nativitatis B. M. V.

Tempore [illegible] solemnitates [illegible] [illegible] Adventus Domini tempore [illegible] usque ad Epiphaniam inclusive, a die Cinerum usque ad Dominicam in Albis pariter inclusive; [illegible] diebus jejunii de praecepto, nec non diebus Veneris et Sabbati per totum annum.

ANDREAS

Archiepiscopus.

STATUS PERSONALIS
& LOCALIS
ARCHI-DIŒCESEOS GORITIENSIS

INEUNTE ANNO ADMINISTRATIVO 1858

APPENDIX

AD DIRECTORIUN LITURGICUM.



GORITIÆ
TYPIS JOA. BAPT. SEITZ.
1857.

SERIES ANTISTITUM
AQUILEJENSIUM & GORITIENSIUM
CUM NOTIS

Series Antistitum Aquilejensium.

*Anni asterisco * notati certe determinari nequeunt.*

N.	Ab anno	Ad annum	
			1. Episcopi.
1	63*	. . .	S. Hermagoras, Germanus
2	. . .	90*	S. Hilarius seu Helarus, Aquilejensis
3	. . .	. . .	Chrysogonus I. Græcus
4	. . .	. . .	Chrysogonus II. Græcus
5	. . .	. . .	Agapitus
6	314	. . .	Theodorus
7	. . .	. . .	Benedictus
8	347	. . .	Fortunatianus, Afer
			2. Archiepiscopi.
9	369*	389*	S. Valerianus, Gallus
10	389*	407*	S. Chromatius, Aquilejensis
11	407*	. . .	Augustinus, Beneventanus
12	434*	. . .	Adelphus seu Delfinus, Altinas
13	. . .	. . .	Maximus
14	444	447	Januarius, e Pola in Istria
15	451	451*	Secundus, Salicus
16	454	485	S. Nicetas, Græcus
17	485*	. . .	Marcellianus, Græcus
18	500*	515	Marcellinus, Romanus
19	521*	. . .	Stephanus, Mediolanensis
20	529	. . .	Mecedonius

N.	Ab anno	Ad annum	3. Patriarchae SCHISMATICI	ORTHODOXI
21	557	569	Paulinus I. seu Paulus Roman.	. . . .
22	569	571	Probinus, Beneventanus	. . . .
23	571	586	Elias, Græcus	. . . .
24	586	607	Severus, Ravennas	. . . .
			AQUILEJÆ	IN INSULA GRADO
25	607	. . .	Joannes I. Aquilejensis	607 Candidian. Ariminensis
26	. . .	. . .	Marcianus, Piranensis	612 Epiphanius e Castro Umago in Istria.
27	628	. . .	Fortunatus	613 Cyprianus Polanus
28	. . .	. . .	Felix	628. Primogenius, Aretin.
29	. . .	. . .	Joannes II.	648 Maximus Dalmata
30	. . .	. . .	Joannes III.	668 Stephanus Parentinus
				673 Agatho, Justinopolitan.
				685. Christoph. Polanus.
			ORTHODOXI, SCHISM. SUBLATO, AQUILEJÆ.	
31	698	711	Petrus I. Polanus	
32	711	717	Serenus	
33	717*	737*	Calistus	
34	762*	776	Sigvaldus, Forojuliensis	
35	776	802	S. Paulinus II. Forojuliensis	
36	. . .	811*	Ursus I. qui et Urbanus	
37	811*	. . .	Maxentius	
38	. . .	847*	Andreas, Forojuliensis	
39	847*	850*	Venantius, Italus	
40	850*	871*	Teutimarus, Germanus	
41	871*	874*	Lupo seu Lupus I.	
42	875*	901*	Valpertus	
43	901*	. . .	Fridericus I.	
44	928	. . .	Leo, Forojuliensis	

N.	Ab anno	Ad annum	
45	931	. . .	Ursus II.
46	. . .	. . .	Lupo seu Lupus II.
47	. . .	. . .	Hengelfredus Germanus
48	963	. . .	Rodoaldus, Germanus
49	984	. .	Joannes IV. Ravennas
50	1019	1042	Popo vel Volffgangus, Germanus
51	1042	1049	Eberardus, Germanus
52	1049	. . .	Goteboldus, Germanus
53	. . .	1068	Ravengerus seu Ravenger, Germanus
54	1068	1077	Sigeardus e Comitibus de Pleien, Germanus
55	1077	1084	Henricus, Germanus
56	1084	1085	Fridericus II. Slavus
57	1085	1122*	Uldaricus I. e Ducibus Carinthiæ qui et Volricus, Voldaricus et Vorlicus
58	1122	1128	Gerardus, Forojuliensis
59	1132	1161	Peregrinus I. e Ducibus Carinthiæ
60	1161	1182	Uldaricus II. e Comitibus de Treven.
61	1182	1195	Gotefredus
62	1195	1204	Peregrinus II.
63	1204	1218	Volcherus de Leubrechtskirchen, Germanus
64	1218	1251	Bertoldus ab Andechs
65	1251	1269	Gregorius de Montelongo, Campanus
	1269	1273	„ „ Sedes vacabat
66	1273	1299	Raimundus Turrianus, Mediolanensis
67	1299	1301	Petrus II. Gera, Ferentinas
68	1302	1315	Ottobonus de Razzis, Placentinus
69	1316	1318	Gastonus Turrianus, Mediolanensis
70	1319	1332	Paganus Turrianus, Mediolanensis
	1332	1334	„ „ Sedes vacabat
71	1334	1350	B. Bertrandus e Comitibus Scti Genesii, Gallus
72	1350	1358	Nicolaus, Joannis Regis Boemiæ filius
73	1358	1365	Ludovicus Turrianus
74	1365	1381	Marquardus de Randeck, Augustanus
75	1381	1387	Philippus de Alenconio, Gallus
76	1387	1394	Joannes V. e Marchionibus Moraviæ
77	1395	1402	Antonius I. Cajetanus, Romanus
78	1402	1408	Antonius II. de Portogruaro – Antonius III. da Ponte, Venetus
79	1408	1435	Ludovicus II. Teckius, Hungarus
	1435	1439	„ „ Sedes vacabat

N.	Ab anno	Ad annum	
80	1439	1465	Ludovicus III. Card. Scarampus Mediarota, Patavinus 1439. – Alexander, e ducibus Massoviæ, Polonus
	1465	1471	„ „ Sedes vacabat
81	1471*	1491	Marcus I. Card. Barbus, Venetus
82	1491	1493	Hermolaus I. Barbarus, Venetus
83	1493	1497	Nicolaus II. Donatus, Venetus
84	1498	1517	Dominicus Card. Grimanus, Venetus
85	1517	1546	Marinus Card. Grimanus, Venetus
86	1546	1592	Joannes VI. Grimanus, Venetus
87	1592	1616	Franciscus Barbarus, Venetus
88	1616	1622	Hermolaus II. Barbarus, Venetus
89	1622	1628	Antonius IV. Grimanus, Venetus
90	1628	1629	Augustinus II. Gradonicus, Venetus
91	1629	1656	Marcus II. Gradonicus, Venetus
92	1656	1657	Hieronymus Gradonicus, Venetus
93	1657	1699	Joannes VII. Card. Delfinus, Venetus
94	1699	1734	Dionysius Delfinus, Venetus
95	1734	1751	Daniel Card. Delfinus, Venetus.

Series Antistitum Goritiensium.

I. Archiepiscopi S. R. I. Principes.

1	1752	1774	Carolus Michael e Comit. ab Attems Gorit. ([1]
2	1774	1784	Rudolphus Joseph. e Comit. ab Edling, Gorit.

II. Episcopi goritienses seu gradiscani.

3	1788	1816	Franciscus Philipp. e Comit. ab Inzaghi, Styr.
4	1819	1830	Josephus Walland, Carniolus

III. Archiepiscopi. Metropolitae regni illyrici.

	1830	1834	Josephus Walland, idem qui supra
5	1835	1854	Franciscus Xaverius Luschin, Imp. Austr. Princeps, Carinthus.
6	1855		Andreas Gollmayr, Carniolus.

ADNOTATIO

Ex jam in hisce nostris superioribus annis citata Provinciali et Archi-Dioecesana Synodo a Proto-Archiepiscopo nostro Carolo Michaeli e Comititibus ab Attems anno 1768 Goritiae celebrata, ad Cleri Populique instructionem, sequentia ponimus:

CONSTITUTIO XXX.

De lectione Scripturae Sacrae, Conferentiis Ecclesiasticis, et exercitiis Spiritualibus.

Cum omnis scriptura Divinitus inspirata utilis sit ad docendum, ad corripiendum, ad arguendum, ad erudiendum in justitia, et Christiana perfectione populum Dei, inter praecipuas sacerdotum occupationes illorum maxime, qui tanquam pastores animabus praesunt, sacrae scripturae cognitionem esse debere, dubium non est; oportet nempe sacerdotes attendere Lectioni, exhortationi et Doctrinae, quorum labia custodient scientiam, et legem requirent ex ore eorum, ut parati semper esse possint ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quae in ipsis est, spe, quae conditio, cum omnes teneat Animarum Pastores, illos tamen praecipue obstringit, quos inter Catholicae Veritatis inimicos versari contingit.

2. ad Timoth. 3, 16.

1. ad Timoth : 4.

Malach 2.

1. Petri 3.

Eos idcirco Paterna Solicitudine monemus, ut Sacrae scripturae libros tam antiqui, quam Novi testamenti semper in promptu habeant, illos distributis per singulos dies capitibus assidue legant, lectaque cum probatis expositoribus conferant, amplectentes eum, qui secundum Doctrinam est, fidelem sermonem, ut potentes sint exhortari in Doctrina sana, et eos, qui contradicunt arguere; haec enim facientes, et se ipsos salvos facient, et eos qui ipsos audierint.

ad Titum 1, 9.

Sacrosancta quidem Tridentina synodus adeo necessariam in Sacerdotibus scripturarum scientiam considerans, ne coelestis ille sacrorum librorum Thesaurus, quem spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradi-

Sess.5 de Ref.cap 1.

dit, neglectus jaceat, statuit ac decrevit, ut locorum Ordinarii in iis Ecclesiis, in quibus nulla praebenda, aut praestimonium, seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, per deputationem praebendae quomodocumque, praeterquam ex causa resignationis primo vacaturae, vel per assignationem fructuum alicujus simplicis Beneficii, vel alias vel ut commodius fieri possit, sacrae scripturae lectionem instituendam curent, cujus ut praescripto obsecundemus, cum in S. Metropolitana Nostra Ecclesia, nec praebendae hujusmodi sint, nec alia extent simplicia liberae Nostrae collationis Beneficia, synodalis hujus executionis in meliora tempora reservamus.

Quoniam vero sacerdotes, ac praecipue animarum Pastores in omni Scientia, et Doctrina quae ad animarum profectum, et Sacerdotalis officii executionem rite decenterque obeundam pertinent, cupimus esse perfectos, praeter ea, quae de lectione scripturae sacrae praesenti constitutione ordinavimus, insuper statuimus, ut per universam Nostram Archidioecesim singulis Mensibus (Septembri duntaxat, et Octobri exceptis) scholasticae exercitationes, et casuum Moralium conferentiae instituantur in Goritiensi quidem Civitate sub Nostro, vel Vicarii Nostri Generalis, in reliquis vero locis sub Archidiaconi, vel Decani Ruralis praesidio.

Quod si conferentiae hujusmodi propter Parochiarum distantiam, vel alia impedimenta in loco determinato fieri nequeant, Parochus quilibet cum suis sacerdotibus et Clericis casus in Directorio Nostro Archidioecesano propositos singulis Mensibus resolvere, eaque de re Archidiaconum suum, vel Decanum certiorem facere teneatur. Siquidem aliunde non ignoramus, quod etiam conferentiae hujusmodi, et decisiones a Regularibus in suis Monasteriis pro Confessariis suorum Ordinum rite excollendis haberi consuescant, idque non solum laudamus, sed et; ut inposterum accurate servetur, summopere commendamus.

Eas vero sequenti Methodo ab Ecclesiasticis Nostris habendas statuimus.

Die a Praeside 14 ante diebus indicta, et feriali, loco ab eodem Praeside determinato omnes illius districtus Parochi, Vicarii, Cooperatores, Confessarii, Sacerdotes et Clerici tempore constituto compareant, ibi ex Cle-

ricis a Praeside designatis unus per horae quadrantem aliquid de quapiam e Constitutionibus Nôstris Synodalibus clare et distincte legat, si quos abusus eidem adversantes irrepsisse noverit, proponat, et qua ratione constitutiones hujusmodi in effectum deducendae sint, sensum suum aperiat. Alter a Praeside pariter designatus dubium aliquod, aut quaestionem ex Rubricis Missalis, vel Breviarii Romani, nec non ex uno, vel altero scripturae loco, aut ex Theologia Dogmatica, vel Polemica in medium adferrat, et allatis suo rivali responsionibus dubium, vel propositam quaestionem secundum verum et genuinum Authorum sensum resolvere conetur. Denique Praeses, seu Decanus aut illo impedito senior ex Parochis unus post alterum ex propositis in fine Calendarii casibus, prout illo Mense occurrunt, legat, tum super eorum quolibet a praesentibus sacerdotibus duobus, aut tribus resolutionem in gestis hinc inde novis ex occasione difficultatibus requirat, ac demum ipse suam sententiam ad usum praxis adducendo, casus decidat. Praesidis etiam munus erit, quando conferentias hujusmodi indicet, diem, locum, horam destinare, sacerdotes singulos, qui constitutionem legant, designare, eisque dubium, et quaestionem sive ex Rubricis, sive ex aliquo scripturae loco, sive ex Theologiae Dogmaticae vel Polemicae tractatu determinare.

Uno ad casum, vel propositam difficultatem respondente, reliqui taceant, nec dicentem interpellent, terminata unius responsione, si quis dubium, aut difficultatem habeat, proponat. Contentiosas autem in hujusmodi conferentiis disputationes, jurgia, et dicteria omnino prohibemus.

Nulla hac occasione convivia apparari, aut compotationes, luxusque fieri, permittimus, si tamen propter temporis moram tardior se hora protraxerit, quo minus ad sua singuli loca remeare possint, a Parocho illius loci, in quo conferentia habita fuit, persoluta expensarum mercede, prandium exhibeatur moderatum, et Ecclesiasticae, sobriaeque frugalitati conveniens. Ne vero unus, idemque Parochus perpetuum ex conferentiis hujusmodi onus habeat, eas non in eodem semper loco, vel apud eundem Parochum, sed alternantibus pro locorum et concurrentium commoditate vicibus, jam in hac

jam in altera Parochia fieri, mandamus, juxta Vicarii cujuscunque Foranei dispositionem.

Casus, quaestiones, et materias in hujusmodi congressibus pertractatas Praeses ipse, vel ejus actuarius diligenter adnotabit signato praesentium et absentium, proponentium, et decidentium nomine, die, Mense, anno et loco, adjecta praeterea informatione de capacitate, industria, et scientia uniuscujusque, cujus quidem informationis in acta relatae exemplar singulis annis Decani quidem ad Archidiaconos, Archidiaconi vero ad Curiam Nostram occasione Synodalis congressus transmittent.

Si quis conferentias hujusmodi sine urgenti causa in scriptis coram Decano, aut Archidiacono exponenda neglexerit, toties, quoties id fecerit, duabus cerae libris Ecclesiae pendendis mulctabitur, si saepius abfuerit, gravius etiam arbitrio Nostro punietur. Declaramus autem nullum sacerdotem ad exaudiendas Confessiones, vel ad concursum, nec Clericum ad altiorem gradum Ordinis admittendum, nisi testimonium sui Archidiaconi, aut Decani de frequentatis sedulo conferentiis produxerit. Ut autem sacerdotum Nostrorum, et aliorum Clericorum mentes non solum externis hujusmodi exercitationibus ad Animarum, et Alienae salutis profectum aliquando servituris occupentur, verum etiam Coelesti apud DEUM desiderio fulgeant, et terrenis affectibus mitigatis ad superna consurgant, volumus et mandamus, ut omnes, et singuli Nostrae Archidioecesis Parochi, Vicarii, Sacerdotes, Clerici singulis Annis semel in Quadragesima vel alio opportuno tempore sub directione sui Decani aut respectivi Archidiaconi (cujus erit congregatis in unum puncta exercitiorum tradere, vel tradi facere) conveniant, et spiritualibus exercitiis ante et post meridiem per triduum saltem vacent. Qui quavis ratione justa et gravi impeditus illo tempore convenire non posset, spiritualia exercitia, cessante tali impedimento, sine mora supplebit, qui alibi ex commendabili quopiam motivo exercitia peraget, testimonium de iis ita peractis a Directore accipiet, illudque Decano, vel Archidiacono suo exhibebit. Decani vero testimonium hujusmodi de toto sui districtus Clero iis nominatim signatis qui abfuerunt, Archidiacono et Archidiaconi Nobis, seu Curiae Nostrae consignabunt.

Volumus autem ut Parochi, aliique ad exercitia convenientes non in cauponis, sed vel in aede canonica Decani aut Archidiaconi, vel in privatis honoratorum Domibus divertant. Victum vero illo triduo Decani, vel Archidiaconi recepta a Victitantibus expensarum parte in suis aedibus praebeant. Mensam sacra semper lectione condiri cupimus, totoque exercitiorum tempore ab omnibus abstineri, quae mentem distrahere, et spiritum dissipare possunt, ut mens, et spiritus pia contemplatione Deo conjuncti, omni strepitu terrenarum silente curarum in meditationibus sanctis et in deliciis laetentur aeternis.

Constitutio XXXII.

De sacrosanctis Ecclesiis, earumque Cultu.

Quanta domum Dei deceat sanctitudo, sacrosancta Psal 92.
Ministeria, quae in ea jugiter peraguntur, innuunt; locum enim cultui suo solemni ritu dicatum elegit sibi Deus in Domum sacrificii, et sanctificavit, ut sit nomen ejus ibi in sempiternum, ut preces supplicationesque Nostras clementer audiat, et misericorditer exaudiat, et peccatoribus veniam tribuat, et gratiam, ut Justis donorum suorum abundantiam concedat, et saluberrima pro defunctis admittat suffragia, quibus a peccatis solvantur. Non im- 2. Ma-
merito proinde Zelus Domus DEI nos excitat, ut decori chab. 12.
ejus ac splendori sollicite invigilantes, quae ad erectionem, ornatum, ejusque cultum pertinent, hoc capite decernamus.

Nemo inprimis quocunque saecularis aut Ecclesiasticae Dignitatis gradu conspicuus, etiam Regularis novas Ecclesias, aut Capellas publicas extruere, aut jam erectas demoliri audeat sine speciali Nostra facultate in scriptis concedenda, secus destructas proprio reaedificandas noverit aere, noviter erectas interdicto perpetuo subjiciendas.

Si quae tamen, aut ruinae proximae, aut ita jam collapsae sint, ut pro dignitate nequeant reparari, Concilii Tridentini dispositionibus inhaerentes destrui quidem eas permittimus; ast titulos, fundationes, et onera ad Parochialem, vel viciniorem ecclesiam transferemus; la-

pides, ligna, lateres aliaque ad eas pertinentia profanis usibus nullatenus applicabimus, aut applicari sinemus, quin in perpetuum sacri loci Anathema sanctae Crucis vexillum inter ruinas erigi praecipiemus.

Quod si congruam admittant reparationem, ut ea mox fiat, mandamus, ac si Ecclesia reparatione indiga Parochialis sit, et sacramentata pro ea resarcienda applicentur, quatenus sint, fructus ipsius Ecclesiae, siquidem in eorum defectu, tenentur

Primo: Parochi, vel Vicarii Curati ex redditibus Beneficii, si ad eorundem sustentationem supersint. Secundo: qui Beneficium Ecclesiasticum obtinent in dicta Ecclesia. Tertio: Patronus gaudens ejus Jure Patronatus ita, ut si infra praefixum ab Eppo tempus sumptus illos subministrare noluerit, Jus illud Patronatus ammittat. Ultimo demum loco populus, qui in ea Paroecia habitat, domos licet conducat alienas, illarumque Domini alibi habitent.

Vigilent deinde Parochi et Ecclesiarum Rectores, ut quidquid Divino cultui et christianae pietati adversatur, a Domo DEI semper quidem sed tunc vel maxime propulsent, dum sacrosanctum Missae sacrificium, Cathechesis, sermo ad populum, aliaque Divina officia peraguntur, ne per confabulationes, cachinos, circulos, aliasque profanationes sacra hujusmodi munia perturbentur, neve super Altaribus, Fonte Baptismali, pulpito, aut alio sacro loco, quae non congruunt collocentur. Caveant ne per Ecclesias, quasi per plateas, communis admittatur transitus, ac ne in eorum atriis, aut contiguis coemeteriis sive populus detineatur, sive clamores, otiosorum conventus, rerum, tametsi ad DEI Cultum spectantium, nundinationes, Musicae profanae, aut Choreae, aliave hujusmodi unquam fiant. Durantibus autem divinis officiis, nec loco quidem tam propinquo, ut inde in Ecclesia strepitus audiri, et populus a Devotione abstrahi queat, admittantur, atque ipsi sacerdotes, ut bono saecularibus sint exemplo, in contigua Ecclesiae sacristia nequaquam confabulentur, sed tempus orationibus transigant.

Ante diei Auroram, aut post solis Occasum Ecclesiae nunquam, nisi Sacramentorum administratio urgeat, aut reserentur, aut aperte servantur. Quod si frequens

populi accursus et devotio aliud suadeant, totidem per Ecclesiam luminaria sint disposita, ut abusibus, quibus tenebrae favent, opportune occuratur.

Portae ac serrae Ecclesiarum firmae sint, ac fenestrae duplici ferreo crate, vitreisque orbiculis ita munitae, ut nec furibus ingressus, nec e vicinis domibus pateat in Ecclesiam prospectus. Aquam lustralem, Vas Lapideum in conchae modum affabre elaboratum, ac sex circiter cubitis a porta in dextero ingredientium latere intrinsecus situm excipiat, aqua ipsa singulis diebus sabbathinis benedicta mutetur, pavimentum totum planum, et aequale, lapide aut opere lateritio stratum. Gradus ad Presbyterium firmi, recteque dispositi. Tectum sin minus Fornice, cocto ad minus latere constructum.

Altaria omnia Mensam, vel lapideam, vel e solido muro creatam, ac ita planam amplamque habeant, ut Missa in iis peragi commode possit. Si consecrata non sint, portatile consecratum, et integrum, mensaeque sic insertum habeant, ut e plano ejusdem una saltem Geometrica uncia emineat. Tella cerata, et triplici lineo sint contecta. In ara majori effigies crucifixi praeter eam, quae fors in Tabernaculi porta reperitur, ex auricalco inter sex candelabra, in lateralibus inter duo prostet, omniumque Altarium mensae triplici tabella (ut vocant) Canonica sint instructae, et decente stragulo, ut a pulveribus defendatur superindutae. Palla, sive effigies picta sive sculpta sit, nihil profanum aut indecens, sed vel Christum Dnum, vel Fidei Nostrae Mysterium, vel Beatam Virginem, vel e Sanctis in Martyrologio descriptis aliquem representet.

Sacra supellex nitida sit, et munda, non lacera, non sordida, non maculata. Calices et Ciboria saltem quoad cupam, ostensoria quoad lunulam sint de argento, intrinsecus (lunula etiam extrinsecus) inaurata. Patenae pariter, pixides pro infirmorum provisione, ac vascula pro sacris liquoribus auro niteant interius. Omnia vero sacra vasa frequenter, vel saltem in majori hebdomada per clericos aut sacerdotes laventur.

Pulpitum in quo DEI verbum populo annunciatur, amplum sit et firmum, non angustum, aut tremulum, ne divino praeconi horrorem incutiat, ejusque ornamentum sit crucifixus.

Sedes Confessionales in Ecclesiis Parochialibus aeque ac filialibus totidem prostent, quot per superiorem Constitutionem N. 14. praescribuntur, et ad eundem, prout ibidem innuitur, modum et formam redigantur.

Turris quantum fieri potest clausa servetur, nisi benedictae Campanae in eadem non appendantur, earumque pulsus, nec pro levitate cujusquam, nec in profanum usum admittatur sed ita potius stabiliter dirigatur, ut quisque de plebe facile intelligat, quae sacra peractio in Ecclesia habenda per pulsum significetur.

Ecclesiarum immunitati tuendae Parochi ita invigilent, ut reos ad easdem confugientes, nisi tales sint, qui per Juris dispositionem Asyli beneficio careant, quocumque sub praetextu, ac non nisi adhibita praescripta per sacros Canones cautela nequaquam extrahi patiantur, sed obveniente casu negotium omne sive ad Curiam Nostram, sive ad districtualem Archidiaconum mox adferant, facti speciem cum opportunis circumstantiis exactissime describant; tum vero quidquid in mandato acceperint, exequantur. Si vero saecularis potestas violentiam inferat, interposita pro Ecclesiastica immunitate solemni protestatione vim vi nullatenus repellant, cum Ecclesia castrorum more defendi non debeat, sed interpositae protestationi quiescentes idipsum ad Nos, sive ad respectivum Archidiaconum praescribant, et quod opportune statuetur praestolentur.

Constitutio XXXIII.

De funeribus et sepulturis.

Can. prohib. Caus. 13. q. 2. C. Trid. cap. 17

Quamvis antiquo cautum fuerit Jure, ne defunctorum Corpora in Ecclesiis sepeliantur, nisi forte talis esset aut sacerdotis, aut alterius justi hominis persona, quae per vitae meritum vivendo, talem suo corpori defuncto locum fuisset promerita, congruit nihilominus, ut qui per regenerationis lavacrum Christo consepulti sunt in Baptismo, ac sacro Chrismate delibuti, eorum Corpora post mortem in sacro loco tumulentur, nisi per sacros Canones a tanto Beneficio sint exclusi.

Can. sicut extra de Haereticis Can. 1 et 2.

Privantur autem Ecclesiastica sepultura Ethnici, Judaei, Haeretici eorumque fautores. In torneamento, aut

duello occisi, si impoenitentes obierint. Qui sibi mortem consciverunt; Homicidae, Incendiarii, Ecclesiarum Violatores. Usurarii manifesti, incestuosi, blasphemi. Qui violentas manus in Personas Ecclesiasticas injecerint, et generatim omnes ac singuli excommunicati. Qui peccata semel per annum confessi non fuerint, et Eucharistiam in paschate sua culpa non perceperint.

extra de For Can: quaesit. causa 13. 9 2. Can: placuit causa 23. 9. 5 C:quia in omn. 10. de Usuris Cap. saeris; et c. Par. 10. de sep. Can: omnis utriusque 10. de poeni. et Rem.

Cum sancta sit et salubris cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur, ut primum Parochi, aliique locales Curati aliquem in fidelium communione decessisse acceperint, per campanae pulsum in ea Ecclesia, ad quam defunctus spectat, ejus obitum annunciari jubeant, ut pro eo omnes precentur; nullum tamen in dando campanae signo fiat conditionis, aut status discrimen, neque signum hujusmodi detur pro pueris ante septennium decedentibus, cum suffragiis non indigeant, neque pro iis, quos Ecclesia fidelium suffragio indignos reputat, et Ecclesiastica sepultura.

2 Machab. cap. 13

In danda Defunctis sepultura ritus, et caeremonias in Romano Rituali contentas ad unguem servari volumus, quantumcunque ab Ecclesia distet Cadaver; ante congruum tempus, ac sine sacerdote sepelire prohibemus. Tempus autem congruum intervallum communiter 48 horarum esse decernimus, nisi urgentes fortassis circircumstantiae, ac praesertim evidentia corruptionis indicia sepulturam maturari suadeant.

Quodsi violenta quivis morte decesserit, ac credibile sit, a saecularis potestate cadaveris inspectionem esse faciendam, non prius hoc sepulturae committatur, quam fuerit a dicta potestate inspectum, ne exhumari contingat.

In singulis Parochialibus, vel Vicarialibus Ecclesiis peculiaris pro Venerabili Clero crypta, si nondum extructa sit, impensis ejusdem Cleri localis erigatur, neque in eam laici unquam admittantur. Ubi Cryptae pro laicis intra Ecclesiam extant, tolerantur, novas vero sine Nostro, aut districtualium Archidiaconorum consensu in scriptis exprimendo erigi, aut pavimenta Ecclesiarum ad dandam cuique etiam sacerdoti sepulturam excavari severissime prohibemus.

Clerici porro, ac sacerdotes ad funus ducendum a Parocho designati in Ecclesia Parochiali conveniant, ac

antequam ad illud levandum progrediantur, praetensiones omnes, aut differentias componant, ne in loco levandi Cadaveris, aut in via coram Laicis, et universa plebe jurgia oriantur, et scandala, Antiquae locorum consuetudini, ac repetitis praescriptionibus Nostris inhaerentes.

Sacerdotes autem saeculares funus comitaturi, Veste tallari, superpelliceo, ac bireto (Parochus, vel localis Vicarius etiam stola) induti compareant. Regulares habitum, quo in choro utuntur habeant, sodalitiorum Confratres cum vel sine Cappa sodalitio congruente eisdem jungantur ita, ut qui sine Cappa, praecedant, qui vero cum Cappa sequantur, et Clero semper sint viciniores, sicque parati ab Ecclesia, ad levandum funus progressuri, eodem pergant ordine, modestia et gravitate, quo illud sunt comittaturi, Laici sodalitiis non adscripti ac reliquum Vulgus Cadaver sequantur.

Campanae pro parvulis nondum septennibus festivo, pro adultis lugubri sono pulsentur. In via pro parvulis a Clero psalmus, Laudate pueri Dom. etc., pro Adultis, Miserere mei DEUS etc. decantetur. Nuli denique per vicos, aut plateas ad funeris pompam fiant circuli, sed directa pergatur ad Ecclesiam via.

Sordidos quaestus, et mercimonia pro funeribus ducendis penitus vitare volumus, nec supra id, quod aut antiqua loci consuetudo, aut Ecclesiastica invexit authoritas quidquam exigi, minus quocumque sub praetextu extorqueri permittimus. Quodsi personae defunctae Haeredes, aut domestici in justae taxae solutione tardi, aut renitentes fuerint, sepulturam idcirco ne ad horam quidem sub poena suspensionis ab officio, et Beneficio incurrenda differi volumus. Peracto tamen funere, praestitisque praestandis, si haeredes, aut domestici solvendo pares fuerint, eos via etiam judiciaria ad solvendum cogi non vetamus. Si vero pauperes sint, et miserabiles personae, eas gratis omnino sepeliri sic praecipimus, ut Parochus et Vicarius localis, si alius desit Benefactor, aut Confraternitas, qui onus hujusmodi in se suscipiant, de tumba, et de duobus ad minimum luminaribus pro sepeliendo Cadavere provideat.

Omnes et singulos tam de saeculari, quam de regulari Clero cautos esse cupimus, ne quemquam sub

Voto, Juramento aut fide interposita inducat ad sepulturam in suis Ecclesiis eligendam, aut in una Ecclesia electam, alio transferendam, alias noverint Excommunicationem a Jure latam se incursuros, et si persona sic inducta, fuerit reipsa sepulta, Ecclesiam ipsam interdicto esse subjectam

Clem. Cupientes de poen. § sane etc. Cap. 1. de sepult. in 6.to

In Coemitero Muro Clauso, valvis munito, ac ab animalium ingressu ferreis substratis cratibus custodito et Benedicto omnes Baptizati, propriam Sepulturam non habentes, aut aliam non eligentes, sepeliantur; in parte aliqua ejusdem vel alio loco opportuno non Benedicto parvuli sine Baptismo decedentes collocentur; si mater autem quaepiam cum foetu, nec edito, neque excerpto licet non Baptizato decedat, cum eo pariter in loco sacro est sepelienda, in quo arbores, vepres aliave hujusmodi nequaquam sunt toleranda, sed si herbae sucrescant, falcari, ac in cumulum comportatae, ut subinde marcescant aut comburantur, relinqui debent. In unoquoque autem coemeterio, praeter Ossuarium, Crucem pariter in medio, ubi commode fieri possit, erigi volumus, et mandamus.

Synod. Aquilej. p. 85

Ad praescriptam denique Ritualis Romani formam Parochi, Vicarii, aliique Ecclesiarum Rectores eorum omnium, qui intra Parochiae, aut Curae limites supremum diem obierunt, nomen, cognomen, aetatem, sexum, gradum, conditionem, locum, diem, mensem, annum, quo quisque mortuus, sive Parochianus, sive advena, et sepultus est, cum aliis opportunis circumstantiis libro mortuorum inserant, tametsi alias pauper aut infans esset unius horae, vel diei.

Praescripta humandorum corporum forma superest, ut Animabus pariter de opportunis suffragiis, quantum in Domino possumus, provideamus. Quoniam vero triplicis esse ordinis defunctos novimus, Ecclesiasticos videlicet, Laicos sufficientibus fortunae bonis praeditos, ac miserabiles personas, triplicem pariter ferendorum suffragiorum modum ducimus praescribendum.

Primo quidem: cum circumspecta Archidioecesis Nostrae amplitudine, ejusque in plures Provincias extensione, onerosum nimis fore existimemus, si singuli Universae Archidioecesis Sacerdotes mutua sibi exhibeant suffragia, eo quod frequens decedentium accessus

eo usque gravaret singulos, ut vix libera superesset per annum sacrificii pro populo applicandi facultas, sacius idcirco fore judicamus, si singulis in Provinciis singula ad eum modum erigantur sodalitia, quo unum Goritiae sub titulo B. M. V. et S. Michaelis Archangeli erectum conspicitur. Conveniant proinde sacerdotes Carinthiae apud Archidiaconum Villacensem; Sacerdotes Stiriae apud Cillejensem, sacerdotes Carnioliae apud Rudolphswertensem, aut prout sub diversis existunt Archidiaconis, apud suos respective Archidiaconos sua invicem conferant consilia, Regulas, si lubet, a Goritiensi sodalitio pro Methodo expetant, ac intra semestre, ut a Nobis ubique peculiariter, et canonice erigatur, supplicent pro voto exaudiendi.

Secundo: si Laici ex iis sint, qui ad praestanda sibi post mortem suffragia, possint Domesticos suos, aut haeredes obligare, non est specialis pro talibus habenda solicitudo, nisi ut deficiente testamentaria dispositione per Parochos et Vicarios Curatos Defunctorum haeredes ad elemosynam pauperibus distribuendam, ad preces fundendas, ad Missas celebrari faciendas ad pia legata exequenda privatim, ac publice efficaci sermone frequenter excitentur.

Tertio: si demum miserabilem personam de Parochia, vel exteram de vita emigrasse contigerit, Parochi et Vicarii, si in civitate plures sunt sacerdotes, ut gratis funus comittentur, ac unum singuli Missae sacrificium offerant, vel speciale saltem memento pro ea gratis faciant invitabunt; nec non tumbam ad ejus sepulturam ipsi praestabunt. Si vero defunctus pauper sit ruri, praestitis ut supra, Parochus funus comittabitur, animamque ejus Parochianis suffragandam commendabit.

Omnes vero abusus occasione vel defuncti cadaveris in domo retenti, vel funeris subinde secuti, ac persoluti occurentes Parochi et Vicarii Curati penitus eliminare contendant.

Ordinarius

CELSISSIMUS ET REVERENDISSIMUS

DOMINUS DOMINUS

ANDREAS GOLLMAYR

Dei et Apostolicae Sedis Gratia

Archiepiscopus Goritiensis

PRINCIPIS DIGNITATE INSIGNITUS

PROVINCIÆ GORITIENSIS ECCLESIASTICÆ

Metropolita

S. S. THEOLOGIÆ DOCTOR etc.

Natus Radmannsdorfi in Carniolia die 28. Novembris 1797; Sacerdos ordinatus Labaci die 23. Septembris 1821; Altissima Resolutione de die 18. Novembris 1854 Archiepiscopus Goritiensis designatus; a Sancta Sede Apostolica die 23. Martii 1855 confirmatus; 3. vero Junii Labaci consecratus et 4. ejusdem Pallio decoratus; atque 24. Junii Sedis Archiepiscopalis solemnem possesionem adiit.

EPISCOPI SUFFRAGANEI
hujus Metropoleos

ECCLESIÆ LABACENSIS.
cum animabus 506133.

Cel.mus Excel.mus. ac R.mus Dominus

Antonius Aloysius Wolf,

Princeps Imperii Austriaci, Sacrae C. R. et Ap. Majestatis Consiliarius intimus actualis, Caes. reg. Austr. Ordinis Leopoldi Magnæ Crucis et Caes. reg. Austr. Ordinis Coronae Ferreae I. Classis Eques, necnon Caes. Aust. Ord. Franc. Jos. Commendator etc.

Natus Idriae in Ducatu Carnioliae die 14 Junii 1782; Sacerdos ordinatus Labaci 15 Dec. 1804; Episcopus Labacensis 27 Febr. 1824 designatus; 12 Julii a Sancta Sede confirmatus; 3 Octob. Goritiae consecratus, Sedis Episcopalis solemnem possessionem adiit 31 Octob. 1824. Sacerdos jubilaris.

ECCLESIÆ TERGESTINÆ et JUSTINOPOLITANÆ
cum animabus 239206.

Ill.mus et R.mus Dominus

Bartholomaeus Legat

Ss. Theologiae Doctor, C. R. Ordinis Coronae Ferreae Eques II. Classis etc.

Natus in Naklas in ducatu Carnioliae 16 Aug. 1807; Sacerdos ordinatus Goritiae die 19 Sept. 1830; Episcopus Tergestinus et Justinopolitanus 7 Octob. designatus; 22 Decem. 1846 a Sancta Sede confirmatus; Goritiae 11 Apr. 1847 consecratus; adiit solemnem possessionem Cathedralis Tergestinae 18 ejusdem et Concathedralis Justinopolitanae 2 Maji 1847.

ECCLESIÆ VEGLIENSIS.

cum animabus 40092.

Ill.mus et R.mus Dominus

Joannes Josephus Vitezich,

Ss. Theologiae Doctor. Ordinis Austr. Coronae Ferreae Eques III. Classis etc.

Natus Verbenici die 27 Aug. 1806; Sacerdos ordinatus 30 Sept. 1829; Episcopus Vegliensis suprema Resolutione de die 16 Nov. 1854 designatus et 23 Martii 1855 a Sancta Sede confirmatus; 8 Sept. 1855 Vegliae consecratus, eadem die Sedis episcopalis possessionem adiit.

ECCLESIÆ PARENTINAE et POLENSIS

cum animabus 59539.

SEDES EPISCOPALIS VACAT

Vicarius Capitularis: Reverendissimus Dominus

Dominicus Bronzin,

Decanus Capituli Cathedralis Parentini.

Capitulum Theresianum
ECCLESIAE METROPOLITANAE

Canonici effectivi, et Protonotarii Apostolici ad instar participantium

P. T. D. Codelli Augustinus L. B. de Fahnenfeld, Praepositus mitratus, Caes. Aust. Ordinis Francisci Josephi Commendator; J. P. Codelli L. B. de Fahnenfeld.

„ „ „ Mosetizh Joannes, Decanus Capituli, Scholarum Dioeces. Inspector supremus, et Referens in scholasticis ad Consistorium Archiepiscopale; J. P. Comitis a Montecuccoli.

„ „ „ Budin Petrus, Scholasticus; J. P. Caes.

„ „ „ Fabiani Matthaeus, Canonicus; J. P. Caes.

„ „ „ Filley Petrus Canonicus, et Commissarius Archiepiscopalis ad examina in Instituto domest. Theol. et VII et VIII Class. Gymnas. Conventus Franciscanor. Castagnavizae; J. P. Caes.

„ „ „ Urdich Antonius, Canonicus, Parochus Ecclesiae Metropol. et Decanus districtus Goritiensis nec non Commissarius Archiepiscopalis penes C. R. Gymn. (Collationis liberae).

„ „ „ Buzik Blasius, Canonicus; J. P. Caes.

Canonici honorarii.

P. T. D. Godeassi Josephus, Archi-Episcopus Jadrensis, C. R. Consil. intimus etc. etc.

„ „ „ Beck Ignatius Ss. Theologiae D.r ac Praepositus mitratus Eisgarni in dioecesi S. Hypoliti, etc.

„ „ „ Stibiel Jacobus, Consiliarius Consistorialis, Prof. Historiae eccl. Patrologiae et Juris can.

„ „ „ Della Bona Joan. Jac. Doct. Ss. Theologiae C. R. Capellanus Aulicus titul., et Excel-

sae C. R. Locumtenentiae Oeniponti in rebus Scholarum popularium a consiliis.

P. T. D. Caffou Antonius, Consiliarius Consistorialis, Vice-Director studii theol. Director Seminarii Clericorum, et Professor Theologiae moralis.

„ „ „ Spridion Josephus, Consiliarius Consistorialis, Cancellarius Archiepiscopalis et Referens in ecclesiasticis ad Consistorium Archiepiscopale.

Consistorium Archiepiscopale

Praeses:

Celsissimus ac Reverendissimus Archiepiscopus et Princeps.

Consiliarii Consistoriales effectivi.

P. T. D. Codelli Augustinus, L. Bar. de Fahnenfeld. } ut supra
„ „ „ Mosetizh Joannes, Decanus. } ut supra
„ „ „ Budin Petrus, Scholasticus. } ut supra
„ „ „ Fabiani Matthaeus, Canonicus. } ut supra
„ „ „ Filley Petrus, Can. } ut supra
„ „ „ Urdich Antonius, Can. } ut supra
„ „ „ Buzik Blasius, Can. } ut supra
„ „ „ Spridion Josephus, idem qui supra.
„ „ „ Stibiel Jacobus, idem qui supra.
„ „ „ Caffou Antonius, idem qui supra.
„ „ „ Crobath Josephus, Prof. studii Biblici N. F.

JUDICIUM ECCLESIASTICUM QUOAD CAUSSAS MATRIMONIALES.

Praeses:

P. T. D. Codelli Augustinus ut supra.

Consiliarii:

P. T. D. Filley Petrus ut supra.
„ „ „ Buzik Blasius ut supra.
„ „ „ Stibiel Jac. ut supra.
R. P. Vascotti Clarus, Minister Provincialis, Lector appr. Histor. eccl. et Juris can. necnon Concionator ital.

Cl. D. Dolliac Carolus Juris utriusque Doctor.

Defensor matrimonii:

Cl. D. Castellani Dominicus SS. Theol. Doctor, et Spiritual. Sem.

Secretarius:

D. Lapagna Joan.

Substitutus:

D. Bensa Steph.

In matrimonialibus et aliis causis ecclesiasticis provocatur in secunda Instantia ad Delegatum Apost. P. T. Archiepiscopum Viennensem, et in tertia Instantia ad Del. Ap. P. T. Episcopum Tridentinum.

Cancelleria Officii Archiepiscopalis.

P. T. D. Spridion Josephus Cancellarius ut supra.
D. Lapagna Joannes, Cancellista et Notarius Archiep.
„ Bensa Stephanus, Cancellista et Capellanus Arch.
„ de Buglioni Josephus, Cancellista.

Cursores duo.

STUDIUM THEOLOGICUM IN ARCHIEPISCOPALI CLERICORUM SEMINARIO CENT. PRO ILLYRICO LITTORALI.

Director studii Theologici:

Celsissimus ac R.mus Archiepiscopus et Princeps.

Vice-Dir. studii Theologici:

P. T. D. Caffou Antonius, idem qui supra.

Professores:

P. T. D. Stibiel Jacobus, Prof. Hist. eccl. et Juris eccl. ut supra.
„ „ „ Crobat Josephus, Prof. studii Biblici N. F. ut supra.
„ „ „ Caffou Antonius, Prof. Theol. moral. ut supra.
D. Zängerle Aloysius, Prof. Theol. dogm.
„ Kozianzizh Stephanus, Prof. studii Biblici V. F. et LL. OO.
„ Respet Andreas, Professor Theologiae pastoralis.

D. Zorn Aloysius, Theologiae Doctorand. Prof. supplens cathedram Theologiae dogmaticae generalis in I. Theol. cursu.
„ Sessich Antonius, Catech. C. R. Schol. realis inferioris et normal. capit. nec non Prof. catecheticae et paedag. in Seminario centrali, cruce aurea "pro meritis„ insignitus.

Examinatores prosynodales:

P. T. D. Mosetizh Joan. Decanus ut supra.
„ „ „ Filley Petrus, Canonicus ut supra.
„ „ „ Urdich Ant. Can. ut supra
„ „ „ Buzik Blas., Can. ut supra.
„ „ „ Stibiel Jac., Can. hon. ut supra.
„ „ „ Caffou Ant., Can. hon. ut supra.
„ „ „ Spridion Jos., Can. hon. ut snpra.
„ „ „ Crobat Jos., ut supra.
„ „ „ Juvanzizh Mart., Parochus et Decanus Lucinici, schol. Insp. distr. et Consiliarius consist. ad hon.
R. D. Zängerle Aloysius, Prof. ut supra.
„ „ Kozianzizh Steph., Prof. ut supra.
„ „ Respet Andr., Prof. ut supra.

I. Decanatus Goritiensis.

Parochia decanalis ad Eccles. Metrop.

SS. HILARII ET TATIANI MM.

(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 4413).

P. T. D. Urdich Ant. Parochus, Decanus ut supra.
D. Zuanelli Vitus, Caerem.
„ Vatta Joannes,
„ Abram Joannes,
„ Legischa Andreas,
„ Pirz Matthaeus,
„ Comin Dominicus,
} Vicarii Chori et Coop.
„ Rubbia Vincentius, Sacrista.

Ad **S. Andreae** *Cappellania.*

(Fil. Eccl. Metropol. cum anim. 975.)

D. Peternel Ignatius. Capellanus.

Ad S. **Ursulae** *Ecclesia Monialium Ursulinarum.*
(cum anim. 80).

D. Grusovin Josephus, Confessarius Monial. S. Ursul.
„ Schober Joannes, Capell. Catech. Scholae cap puell. et Catech. Subs. Scholae norm. cap. puerorum.

Ad S. IGNATII *Parochia.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 4121).

P. T. D. Tuni Josephus, Parochus et Consil. Consist. ad honor.
D. Furlani Josephus, Coop.
„ Zoratti Franc., Coop.
„ Zernitz Antonius, Coop. et Benef. Rencinger.

In Suburbio PLAZZUTTA
Parochia Ss. Viti et Modesti Mm.
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 2200)

D. Licen Joannes, Parochus.
„ Sfiligoi Antonius, Coop.

In Suburbio S. **Rochi** *Capel. local.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 1455).

D. Zhermiel Josephus, Capel. localis.
„ Bratina Joannes, Coop.

Alii Sacerdotes Goritiae degentes.

D. Bacci Josephus, Confessarius.
„ Diak Antonius, in C. R. Gymnas. Goritiensi Professor suppl.
„ Grusovin Ant., Magister Surdo-Mutorum.
„ Hladnik Matthaeus, Magister Scholae realis inf.
„ Jerizh Jacobus, Parochus pensionatus.
„ Kobau Antonius, Sacerdos pens.
„ Kozenn Blasius, Sacerdos Dioecesis Lavantinae et in C. R. Gymnasio Goritiensi Professor.
„ Lustik Joannes, Sacerdos pens.
„ Marussig Andreas, Catecheta et Exhortator in C. R. Gymnasio infer. suppl.
„ Marussig Josephus, Director et Catecheta Schol. trivialis.
„ Mattiussi Valentinus, Confessarius.

D. Mosetig Stephanus, Magister Surdo-Mutorum.
„ Navajolli Petrus, Sacerdos pens.
„ Pauletizh Andreas, Sacerdos pens.
„ Pauletizh Andreas, Director et Magister Instit. Surdo-Mutorum.
„ Pertout Laurentius, Catecheta et Exhortator in C. R. Gymnasio superiori.
„ Prettner Romanus, Ordinis S. Benedicti ad S. Lambertum in Styria super. Presbyter et in C. R. Gymnasio Goritiensi Professor.
„ Rudolf Andreas, Capell. prov. Nosocomii et Praesidii militaris.
„ Sell Valentinus, Sacerdos pens.
„ Sitar Laurentius, Parochus pens. Dioecesis Tergestinae Justinopolitanae.
„ Sholar Joannes, Sacerdos Dioecesis Lubjanensis et in C. R. Gymnasio Goritiensi Professor.
„ Sovig Joannes, Sacerdos pens.
„ Spollad Christophorus, Parochus pens.
„ Trost Jacobus, Sacerdos pens.
„ Urshizh Franciscus, Sacerdos pens.
„ Urshizh Josephus, Sacerdos pens. Dioecesis Tergestinae-Justinopolitanae.
„ Vuk Josephus, Sacerdos quiescens.

SALCANUM *Parochia S. Stephani Proto-Martyr.*
(Jur. Patron. Fund. Relig. cum anim 1945).

D. Periz Philippus Parochus.
„ Bunz Bartholom., Manemiss. et Coop.
„ Merkel Ant., Coop.
„ Gomiscik Michael, Sacerd. pens.

Capellaniae
a Parocho Salcani dependentes.

Peuma, *S. Silvestri Pap. Conf.*
(cum anim. 656).

D. Pachor Steph., Capell.

Ad **S. Mauri.**
(cum anim. 243).

D. Doliak Steph., Cap. et scholae subsid. Mag.

Podsabotinum, *S. Nicolai Ep. et C.*
(cum anim. 184).

D. Makuz Valentinus, Capell. et scholae subsid. Mag.

Gargarum, *S. Martini Ep.*
(cum anim. 968).

D. Strekel Bartholom., Capell.
„ Budin Blas., Subsid. et scholae Mag.

Batta, *S. Crucis.*
(cum anim. 1084).

D. Mosetizh Franc., Capell.

Chiapovanum, *S. Joannis Bapt.*
(cum anim. 1267).

D. Doliak Valentinus, Capell.

Tribussa superior. *S. Francisci Xav.*
(cum anim. 649)

D. Battig Josephus, Capell.

Raunizza, *S. Margheritae V. M.*
(cum anim. 852).

D. Rutter Laurentius, Capell. et scholae subsid. Mag

Loqua, *Capell. localis S. Antonii C.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 597).

D. Svetlizh Antonius, Administrator.

Montis Sancti *Sanctuarium B. M. V. dep. a Cel.mo ac R.mo Ordinario.*
(cum anim. 70).

D. Celotti Paulus, Vice-Director et Confess.
„ Visintini Franciscus, Conf.
„ Visintini Joannes, Conf.
„ Samitz Josephus Conf.
„ Sinigoi Valentinus Sacerd. pens.
„ Albert Franciscus, Sacerd. pens.
„ Miani Jacobus, Sacerd. quiescens.
„ Stengl Caspar., Sacerd. pens. Dioec. Seccoviensis.

Summa anim. Decan. Gorit. 21759

II. Decanatus ad S. Petri.

Parochia Decanalis ad S. PETRI *prope Goritiam.*

(Jur. Patr. Fund. Stud. cum anim. 1974).

P. T. D. Merzina Franciscus, Paroch. Decan. Schol. Inspect. district. et Consil. Consistor. ad honor.

D. Schauli Josephus, Coop.

„ Lampe Blasius, Cap. prov. Vertoibae.

Biglia, *Capell. S. Antonii C. dep. a Par. S. Petri.*

(cum anim. 1452).

D. Fiegel Joannes, Cap.

„ Breszhak Steph., Coop. et scholae Mag.

RANZIANUM *Paroch. Ss. Hermag. et Fort. Mm.*

(Jur. Patr. Com. a Strassoldo cum anim. 1600).

D. Pecenko Franc., Parochus.

„ Fabiani Aloysius, Coop.

VOGARSKA, *Paroch. S. Justi M.*

(Jur. Patr. Lib. Bar. a Taco cum anim 577).

D. Braida Casparus, Parochus.

PREBACINA, *Parochia S. Andreae Ap.*

(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 1305).

D. Madon Blasius, Parochus.

„ Kacin Andreas, Coop.

„ Budin Josephus, Sacerdos pens.

Gradiscutta, *Exposit. Concept. B. V. M. dep. a Paroch. Prebacinae.*

(cum anim. 482).

D. Saunik Martinus, Capell. exposit. et schol. subsid. Magist.

MERNA *Parochia S. Georgii M.*

(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 1562).

D. Ellersig Joannes, Parochus.

D. Cumar Joseph., Coop.
vacat, Capell. fest. in monte Grado.

Savodnja. *Expositura S. Martini depend. a Paroch. Mernae.*
(cum anim. 583).

D. Delbin Franciscus, Capell. exposit. et scholae sub. Mag.

Summa anim. Decanat. S. Petri 9535

III. Decanatus Canalis.

CANALIS, *Parochia decanalis B. M. V. Assumptae.*
(Jur. Patr. Famil. Ducalis a Blacas cum anim. 2031).
P. T. D. Budau Joannes, Paroch. Decan. Schol. Inspect. district. et Consil. Consist. ad hon.
D. Riaviz Blasius, Coop.
„ Ciargo Josephus, Coop.

Ronzina. *Vicariatus S. Andreae Ap. a Parocho Canalis dependens.*
(cum anim. 1871).

D. Pachor Andreas, Vicarius.
„ Perdich Michael, Coop.

Capellaniae
a Parocho Canalis dependentes.

Idria Canalis. *S. Zenonis.*
(cum anim. 1112).

D. Ukmar Ant., Capell. et scholae subsid. Mag.

Gorenjepolje. *S. Mich. Arch.*
(cum anim. 1015).

D. Strukl Gregorius, Capell. et scholae subsid. Mag.

Deskla. *S. Georgii M.*
(cum anim. 951).

D. Durjava Joseph., Capell. et scholae subsid. Mag.

Auza, *S. Martini Episcopi.*
(cum anim. 569).
D. Comatz Antonius, Capell.

Leupa, *S. Stephani Proto-Martyr.*
(cum anim. 831).
D. Kragl Joan., Capell. et scholae sub. Mag.

Rajnshiza, *St. Spiritus.*
(cum anim. 805).
D. Merzina Georgius, Capell.

Kau, *S. Georgii M.*
(cum anim. 1158).
D. Pervaine Georgius, Capell.

Lom, *Ss. Primi et Feliciani Mm.*
(cum anim. 982).
D. Leupushizh Andreas, Capell.

Lokoviz, *Ss. Petri et Pauli Ap.*
(cum anim. 1337).
D. Kauzizh Antonius, Capell.

Sapotok sive **Sarsina,** *S. Gabriel. Arch.*
Expositura Parochiae Canalis.
(cum anim. 204).
D. Rounik Petrus, Expositus.

Summa anim. Decan. Canalis 12866

IV. Decanatus Tulmini.

TULMINUM, *Par. decanalis B. M. V. Assumptae.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 4066).
P. T. D. Skozhir And., Paroch. Decan. Scholar. Inspect. district. et Consil. Consist. ad hon.
D. Penzin Carolus, Coop.

D. Pelizon Valentinus, Coop.
„ Strukel Joan., Par. Dec. pens. Sac. jubil.

Capellaniae

a Parocho Tulmini dependentes.

Libushina, *S. Spiritus.*

(cum anim. **1537**).
D. Zheru Joan., Capell.
„ Gregorsizh Ant., Coop. et Schol. sub. Mag.

Dreshenza, *S. Georgii M.*

(cum anim. 949).
D. Nau Ant., Capell. et scholae subsid. Mag.

VOLZANA, *Parochia S. Leonardi C.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. **1934**).
P. T. D. Peternel And., Parochus et Consil. Consist. ad honor.
D. Costa Franc., Coop.
„ Sbogar Valentinus, Subsid. et scholae Mag.

Ad S. LUCIAE, *Parochia.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. **1624**).
D. Ruttar Thomas, Parochus.
„ Ruttar Antonius, Coop. et scholae Mag.

Idria de Bazha, *Capell. local. S. Joan. Bapt.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 444).
D. Leban Joan., Capell. localis et scholae sub. Mag.

Rozha, *Capell. localis S. Joannis. Evang.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 630).
D. Zhesnik Marcus, Capell. local.

Tribussa infer. *Capell. localis S. Jacobi maj.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 676).
D. Sellak Joan., Capell. local. prov.

AD MONTEM S. VITI, *Parochia.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 1400).
D. Bresauszhek Philippus, Parochus.

D. Kravagna Joannes, Coop. et scholae Magister.

Pekina, *Ss. Hermagorae et Fortunati Mm. Expositura Par. Montis S. Viti.*
(cum anim. 409).

D. Kragel Ant., Expositus et scholae sub. Mag.

Paniqua, *B. M. V. Praesent. Capell. dep. a Par. Montis S. Viti.*
(cum anim. 725).

D. Juch Andreas, Capellanus et scholae sub. Mag.

PODMEUTZ, *Par. B. M. V. Assumpt.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 1907).

D. Pirich Michael, Parochus.
„ Bolter Andreas, Coop.

Grahova, *S. Annae, Capell. dep. a Parochia Podmeuz.*
(cum anim. 668).

D. Beuk Joannes, Capellanus.

RUTHAE THEUTONICAE (*Deutschgereuth*)
Par. S. Lamberti M.
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 486).

Vacat.
Providetur excurrendo a Capellano in *Obloka.*

Sterschiszhe, *S. Oswaldi Reg. C. Capell. dep. a Par. Ruth. th.*
(cum anim. 642).

D. Mozhnik Lucas, Capellanus.

Obloka, *Epiphania Domini, Exp. Par. Ruth.*
(cum anim. 375.)

D. Flander Antonius, Capell.

PODBERDA, *Par. S. Nicolai Ep. C.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 1290).

D. Malnig Antonius, Parochus.

„ Gaberscik Joan. Coop. et scholae sub. Mag.

Summa anim. Decan. Tulmini **19753**.

V. Decanatus Circhinae.

CIRCHINA, *Par. decan. S. Annae.*

(Jur. Patron. Fund. Relig. cum anim. 2896).

P. T. D. Sbona Ant., Paroch. Decan. Schol. Inspect. distr. et Consil. Consist. ad honor.

D. Keber Antonius Coop.

„ Sellak Antonius Coop.

„ Roiz Franc., Sacerd. pens.

Capellaniae

a Parocho Circhinae dependentes.

Ottalesch, *S. Catharinae V. M.*

(cum anim. 970).

D. Kristan Laurentius, Capell.

Novake, *S. Thomae Ap.*

(cum anim. 852).

D. Jeram Josephus, Capell.

Orehik, *S. Ubaldi Ep. C.*

Expositura Paroch. Circhinae.

(cum anim. 505).

D. Velikonja Joann. Exposit.

BUKAVA, *Paroch. S. Leonardi.*

(Collationis liberae, cum anim. 920).

D. Prinzizh Steph., Parochus.

Rauna, *S. Uldarici Ep. C. Capell. localis.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 265).

D. Mattuz Blasius, Capell. localis.

SHEBRELIA, *Paroch. S. Georgii M.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 872).
D. Jeksche Andr., Parochus.
Jagersche, *S. Ursulae, Capell. localis.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 218).
D. Kramer Philippus, Administr.

Summa anim. Decan. Circhinae 7498.

VI. Decanatus Ampletii

AMPLETIUM, (*Flitsch.*) *S. Uldarici Ep. C.*
Parochia decanalis.
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 3192).
P. T. D. Vogrig Joan., Par. Dec. Schol. Insp. district. et Consil. Consist. ad honor.
D. Massera Josephus, Coop.
„ Liker Joannes, Coop.

Capellaniae
a Parocho Ampletii dependentes.

Log sive **Mittelbrett**, *S. Stephani Protom.*
(cum. anim. 695).
D. Kuttin Andreas, Capell.
Zhes-Sozha, *S. Antonii Ab.*
(cum anim. 1013).
D. Cattin Thomas, Capell.
Serpenizza, *S. Floriani.*
(cum anim. 1888).
D. Kravagna Andr. Capell.
„ Mozhnik Anton., Coop. et scholae Magister.
Sozha, *Cap. loc. S. Josephi.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 1354).
D. Oblokar Michael, Administr.
Trenta, *Capellania.*
vacat

CAPORETTUM, *Par. B. M. V. Assumpt.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. **2203**).
D. Wolf Andreas, Paroch.
„ Peternel Andr., Coop.
„ Schlunder Joseph., scholae Magister.
„ Podbersig Josephus, Sacerd. pens.

Capellaniae
a Parocho Caporetti dependentes.

Ternova, *Ss. Trinitatis.*
(cum anim. **363**).
D. Leskoviz Matthaeus, Capell.

Creda, *S. Nicolai Ep. C.*
(cum anim. **551**).
D. Lapagna Georgius, Capell.

Boreana, *S. Catharinae V. M.*
(cum anim. **445**).
D. Cencig Michael, Capell.

Sedula, *S. Crucis.*
(cum anim. **857**).
D. Vidmar Franc., Capell.

Bergogna, *Vicariat. perpetuus S. Nicolai Ep. C.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. **582**).
D. Podrecca Joseph., Vicarius.

Lonch, *Ss. Primi et Feliciani Mm.*
Expos. Bergognae.
(cum anim. **553**).
D. Melinz Matth., Expos.

Luico, *Capell. indep. S. Jacobi Ap.*
(cum anim. **825**).
D. Sabladosky Josephus, Capell.

Summa anim. Decan. Ampletii **14521**.

VII. Decanatus Zhernizae.

ZHERNIZA, *Parochia decanalis S. Viti M.*

(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 2203.

P. T. D. Mervig Michael. Par. Dec. Schol. Inspect. district. et Consil. Consist. ad honor.

D. Zhiuk August., Coop.

SCHÖNPASS, *Parochia S. Silvestri Pp. C.*

(Jur. Patr. Fund. Cameral. cum anim. 1664).

D. Podreka Franc. Parochus.

„ Zucchiati Martinus, Coop.

Ternova, *Capell. B. M. V. ad Nives. dep. a Par. Schönpass.*

(cum anim. 563).

D. Hoban Joannes, Capell.

BATTULIA, *Parochia S. Annae.*

(Jur. Patr., Famil. Lipousch cum anim. 816).

D. Terzhon Josephus, Parochus.

KAMNJE. *Parochia S. Michaelis Arch.*

(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 1817).

D. Soudat Josephus, Parochus.

„ Jarz Josephus, Coop.

„ Erjauz Josephus, Expos. ad S. Thomae.

Ad S. CRUCIS, *Parochia.*

(Jur. Patr. Par. Vippac. cum anim. 1915).

D. Schusnik Laurentius, Parochus.

„ Schuschek Franciscus, Cooperator.

Shabla major, *S. Floriani M. Expos. Parochiae S. Crucis.*

(cum anim. 478).

D. Mosetizh Josephus, Exposit.

Lokaviz. *Capell. S. Laurentii depend. a Parochia S. Crucis.*

(cum anim. 909).

D. Okorn Fidelis, Capell.

Ottelza, *Capell. local. Ss. Angelorum Custod.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. **1187**).
D. Makuz Anton., Administr.

Haidovium, *(Haidenschaft) S. Joan. Cap. loc.*
(Jur. Patr. Communit. cum anim. **1066**).
D. Vertoviz Andr., Capell. local.

Summa anim. Decan. Zhernizae **12618**.

VIII. Decanatus Commeni.

COMMENUM, *Parochia decanalis S. Georgii M.*
(Jur. Patr. Fund. Stud. cum anim. **3038**).
P. T. D. Kotzmann Andr. Paroch. Decan. Inspect. Schol. distr. et Consil. Consist. ad honor.
D. Marzolla Jacobus, Coop.
„ Doliak Franc. Coop.

Capellaniae
a Parocho in Commen dependentes.

Ad **S. Danielis.**
(cum anim. **1162**).
D. Bresauszhek Andreas, Capell.
„ Botter Michael, Subsid. et scholae Magister.
„ Lissiak Franc. Sacerd. pens.
„ Fabiani Carolus, Sacerd. pens. ad tempus.

Gabravizza, *S. Petri Ap.*
(cum anim. **492**).
D. Primoshizh Matthaeus, Capell. et scholae Magist.

Pliskavizza, *S. Thomae Ap.*
(cum anim. **711**).
D. Stepanzizh Andreas, Capell. et scholae Magister.

Veliki-Dol, *S. Jacobi Ap.*
(cum anim. **575**).
D. Vuga Stephanus, Capell.

Gorianska, *S. Andreae Ap.*
(cum anim. 945).
D. Sgombizh Petrus, Capell.
Vojshiza, *S. Viti M.*
(cum anim. 459).
D. Pipan Joseph., Capell. et scholae subs. Mag.
Lippa, *S. Michaelis Arch. Expos. Par. Commeni.*
(cum anim. 255).
D. Shabniker Thomas, Expos. et scholae subs. Mag.
Skerbina, *Capell. loc. S. Antonii Ab.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim 625).
D. Sgonik Joannes, Capell. localis.
Kobilja-glava, *Capell. loc. S. Michaelis Arch.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 637).
D. Codelle Mathias, Adm.
Stiak, *Vicariatus S. Jacobi Ap.*
(cum anim. 1280).
D. Lumbar Anton., Vicarius.
„ Caffou Steph., Coop.
„ Farfoglia Joannes, Coop. et scholae Magister.
Gabria, *Capell. vet. S. Martini Ep. C.*
(cum anim. 584).
D. Michel Andr., Capell. et scholae subsid. Magist.
Samaria, *Cap. vet Ss. Nominis B. M. Virginis.*
(cum anim. 1107).
D. Tomsizh Joseph., Capell.
„ Cossutta Franc., Subsidiar. et scholae Magister
REIFENBERG, *Paroch. S. Uldarici Ep. C.*
(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 2461).
D. Pirz Joann. Nep. Parochus.
„ Roiz Michael, Coop.
DORNBERG, *Parochia S. Danielis Proph.*
(Jur. Patr. Com. a Coronini Kronberg, c. anim. 1424).
D. Lassig Franc., Par.

D. Rogelia Joann., Coop.

Summa anim Decan. Commeni 15755

IX. Decanatus Duini.

DUINUM, *Par. decanalis S. Joannis Bapt.*
(Jur: Patr. Com. a Thurn, cum anim. **795**).
P. T. D. Vouzizh Joseph., Par. Decan., Inspector distr. Schol. et Consil. Consist ad honor.
vacat Coop.
D. Gollia Joseph., Coop. et scholae Magister.

Beneficium S. Josephi Sistianae.
(Jur. Patr. Com. a Thurn).
a Parocho-Decano administratur.

Gabria, *Mossae, Vicariatus S. Nicolai Ep. C. dep. a Par. Mossae.*
(cum anim. **623**).
D. Zerniz Mathias, Vicarius.

S. Martini Ep. *C. Expositura Par. Mossae.*
(cum anim. **245**).
D. Katnik Joseph., Capell. expos. et schol. sub. Mag.

Capellaniae
a Parocho Duini dependentes.

Doberdob, *S. Martini Ep. Eccl. Jur. Patr. Commun.*
(cum anim. **510**).
D. Nagode Lucas, Capell. et scholae subsid. Magist.

Oppacchiasella, *S. Andreae Ap.*
(cum anim. **1369**).
D. Pachor Josephus, Capell.
„ Konz Josephus, Subsid. et schol. Magister.

Castagnavizza, *S. Martini Ep. C.*
(cum anim. **810**).
D. Fakin Bartholom., Capell.

Temnizza, *S. Petri Ap.*
(cum anim. **398**).
D. Draszhik Ant., Capell.

Brestovizza, *S. Laurentii M.*
(cum anim. **813**).

D. Pelizon Joseph., Capell.

Mauchigna, *S. Nicolai Ep. C.*
(cum anim. **492**).

D. Nardin Matth. Capell.

Ad **S. Pelagii.**
(cum anim. **630**).

D. Fabiani Joann., Capell.

Nabreshina, *S. Rochi C.*
(cum anim. **518**).

D. Marussig Joann., Capell.

Sgonik, *Vicar. perpet. S. Michaelis Archang.*
(Jur. Patr. Com. a Thurn cum anim. **869**).

D. Pirich Joannes, Vicarius.
„ Kravagna Mathias, Subs. et scholae Magister.

Summa anim. Decan. Duini **8072**.

X. Decanatus Montisfalconis.

MONFALCONUM, *Paroch. decanalis S. Ambrosii Episcopi.*

(Jur. Patr. Commun. loci, cum anim. **3068**).

P. T. D. Torre Ludov., Paroch. Dec. Schol. Inspect. distr. et Consil. Consist. ad honor.
D. Bressani Joann., Coop.
„ Grioni Ant., 2. Coop.
„ Razza Sanctus, Capell. festiv. in Ariis.
„ Paziente Jac., Sacerd. pens. ad tempus.

S. PETRI AP. *ad Sontium Parochia.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. **1442**).

D. Delpicolo Jacob., Par. et Dec. ad honor.
vacat Coop.
„ Veliscig Ant., scholae Magister et Cap. fest.
„ Rainis Dominicus, Sacerd. simpl.

Capellaniae

a Parocho S. Petri dependentes.

Turiacum, *S. Rochi C.*

(cum anim. 1049).

D. Mighetti Carolus, Capell.
„ Tuni Josephus, scholae Magister et Subsid.
„ Beneficium Priuli, vacat.

Follianum, *B. M. V. Assumpt.*

(cum anim. 640).

D. Zängerle Franc., Capell.

RONCHÆ, *Parochia S. Laurentii M.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 3520).

D. Anderlig Jacobus, Parochus.
„ Macorig Joseph., Coop.
„ vacat scholae Magister et Subs. Par.
„ Vecelli Jac., Capell. fest. Staranzani et scholae subs. Mag.
„ Nanutti Ant., Capell. festiv. et scholae subs. Mag. Vermegliani.
„ Dottori Joan. Bapt., Capell. festiv. S. Pauli.
„ Blasig Andr., Capell. festiv. Dobbiae.
„ Tamburlini Ant., Sacerd. simpl.
„ Fumis Valentinus, Sacerd. simpl.

Ad S. CANTIANI M. *Parochia.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 312).

D. Nanut Joann., Paroch.
„ Trevisan Ant., Coop.

Exposituræ

Parochiae S. Cantiani.

Pieris, *S. Andreae Ap.*

(cum anim. 653).

D. Bosma Joan. Bapt. Capell. exposit.
„ Trevisan Benedictus, Subsid. et scholae Mag.

Beliano, *S. Mariae Magdalenae.*

(cum anim. 409).

D. Visintini Joan. Bapt., Capell. expos.

Insula Mauricena, *Capell. S. Marci Ev. dep. a Par. S. Cantiani.*
(cum anim. **396**).
D. Comelli Bernardinus, Capell.
vacat, Capell. festiv. et scholae Magist.

Summa anim. Decanat. Montisfal. **11489**.

XI. Decanatus Gradiscae.

GRADISCA, *Parochia decanalis Ss. Petri et Pauli Ap.*
(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. **892**).
P. T. D. Mrak Andr., Paroch. Dec. Schol. Inspect. distr. et Consil. Consist. ad honor.
„ Kodermatz Franc., Coop. et Benefic. Delmio.
„ Cumar Antonius, Catecheta Scholae capit.
„ Peteani Joseph., Paroch. pens.
„ Bidischini Ant., Catecheta pens.

Aedes Carcerum criminalium Gradiscae Capell. Curata S. Petri in Vinculis.
(cum anim. **342**).
D. Kodermatz Joann., I. Capell.
„ Wonzhina Paulus, II. Capell.

Capellaniae
a parocho Gradiscae dependentes.

Bruma, *S. Spiritus.*
(cum anim. **1336**).
D. Marizza Ant., Capell.

Sagradum, *S. Nicolai Ep. C.*
(cum anim. **528**).
D. Bruchiotti Michael. Capell. et Benefic. Vittori
„ Deperis Dominicus, Sacerd. pens.

FARRA, *Paroch. B. M. V. Assumptae.*
(Jur. Patr. C. R. Fund. Camer. cum anim. **1732**).
D. Sion Leonardus, Paroch.

D. Rodaro Joannes, Coop.
„ Silvestri Josephus, Subsid. et schol. Magist.

Sdraussina, *S. Valentini Presb.*
Expositura Par. Farrae.
(cum anim. 183).

D. Marcolini Ant., Expos.

ROMANSIUM, *Par. B. M. V. Annunt..*
(Collationis liberae, cum anim. 1454).

D. Petcosig Franc., Parochus.
„ Colautti Ant. Coop. et Benefic. Spangher.
„ Boschi Joann., Coop. Benefic. Spangher et schol. Magister.

Vicariatus
a Parocho Romansii dependentes.

Versa, *S. Andreae Ap.*
(cum anim. 670).

D. Rovere Ant., Vicarius.
„ Denissa Joseph., Capell. festiv. et schol. subs. Mag.

Tapoleanum, *S. Martini Ep. C.*
(cum anim. 700).

D. Klanzizh. Ant., Vicarius.
„ Costantini Dominicus, Capell. fest. et schol. Mag.

Fratta, *S. Stephani Protom.*
Expositura Par. Romans.
(cum anim. 178).

D. Orzan Ant., Expos.

VILESSE, *Par. S. Rochi C.*
(Jur. Patron. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 1118).

D. Visintini Leopoldus, Parochus.
„ Fabris Petrus, Coop. et scholae Magist.

Summa anim. Decan. Gradiscae 9133

XII. Decanatus Lucinici.

LUCINICUM, *Parochia decan. S. Georgii M.*
(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim 1564).

P. T. D. Juvanzizh Martinus, Paroch. Decan. Schol. Inspect. district. et Consil Consist. ad hon.

D. Toros Ant., Coop.
„ Gergolet Josephus, Coop. et scholae Magist.

Vicariatus
a Parocho Lucinici dependentes.
Ad **S. Laurentii.**
(cum anim. 780).

D. Leoni Michael, Vicarius.
„ Machatschek Franc., Subsid. et Schol. Mag.

Quisca, *(Kumsko) B. M. V. Assumpt.*
(cum anim. 988).

D. Corsig Michael, Vicarius.
„ Samar Ant., Subsid. et scholae sub. Mag.

Capellaniae
a Parocho Lucinici dependentes.
Podgora, *S. Justi M.*
(cum anim. 831).

D. Stepanzizh Antonius, Capell.

Ad **S. Floriani**
(cum anim. 1103).

D. Malizh. Ant., Capell.

MOSSA, *Parochia S. Andr. Ap.*
(Jur. Patr. Fam. L. Bar. de Codelli, cum anim. 885)

D. Srebernig Michael, Parochus.
„ Grioni Petrus, Coop. et scholae Magister.

Cerou, *Vicariatus S. Nicolai Ep. C. subject. Par. Mossae.*
(cum anim. 868).

D. Dovjak Jacobus, Vicar.
„ Grahek Josephus, Sacerd. pens.

BIGLIANA, *Par. S. Michaelis Arch.*
(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 701).

D. Logar Jacobus, Parochus.
„ Ipavz Barthol., Coop.
„ Sfiligoi Anton. Sacerd. pens. ad tempus

Vipulzano, *S. Aegidii C.*
Expos. Par. Biglianae.
(cum anim. 438).

D. Zorn Josephus, Capell. exposit.

Capellaniae
a Parocho Biglianae dependentes.

Medana, *B. M. V. Assumpt.*
(cum anim. 631).

D. Skrbiz Joseph., Capell.
„ Sfiligoi Ant., Sacerd. pens.

Fleana, *S. Floriani M.*
(cum anim. 449).

vacat Capell.

Ad **S. Martini,** *Ep. C.*
(cum anim. 936).

D. Figel Andreas, Capell.
„ Skodnik Steph. Sacerd. pens. ad tempus.

Cosana, *S. Hieronymi C. D.*
(cum anim. 736).

D. Marinig Stephanus, Capell.

Vedrignano, *S. Georgii M.*
(cum anim 252).

D. Torker Josephus, Capell.

Gradina, *S. Georgii M.*
(cum anim. 695).

D. Rotter Joseph., Capell.

Ad **S. LAURENTII** *Nebulae, Parochia.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 566).

D. Collot Carolus, Paroch.

Cosbana, *Capell. localis S. Georgii M.*
(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 564).

D. Sbogar Primus, Admistr.

Summa anim. Decan. Lucinici 12887

XIII. Decanatus Cormontii.

CORMONTIUM, *Parochia decanalis S. Adalberti.*

(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 4639).
P. T. D. Marocco Antonius, Paroch. Decanus Schol. Inspect. distr. et Consil. Consist. ad hon.
D. Braidot Joseph., 1. Coop.
„ Fabris Paulus, 2. Coop.
„ Paulin Josephus, 3. Coop. ad Eccl. Ex-Dominic.
„ Suppancig Josephus, Benef. Martinis et Capell. fest.
„ Tausani Joseph., Capell. Benef. vulgo del soccorso Jur. Patron. Lib. Bar. Del Mestri.
„ . . . Beneficia, seu Missarum legata: Comit. Neuhaus, et Lib. Bar. Tacò, vacant.
„ de Domini Petrus Sacerdos Dioec. Cenetensis et Paedagog. apud Dr. Cumano.

Borgnano, *S. Foscae, Expositura Cormontii.*

(cum anim. 329).

D. Princig Josephus, Expos.

BRAZZANO, *Parochia S. Georgii M.*

(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 754).
D. Fain Petrus, Parochus.
„ Macorig Claudius, Coop. et Benef, Stella et Florio.
„ vacat, schol. Magist. et Capell. fest. Jessici.

Ruttarsium, *Capel. Ss. Viti et Modesti Mm. dep. a Parochia Brazzano.*

(cum anim 480).

D. Bone Andr., Capell.

Mernico, *Capell. loc. S. Helenae.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 870).

D. Perko Antonius, Capell. local. prov.

MEDEA, *Parochia B. M. V. Assumpt.*

(Jur. Patron. C. R. Fund. Camer. cum anim. 1172).
D. Visintini Franc., Parochus.
„ Vittori Laurent., Coop.
„ Pitoritti Francisc., schol. Magister.

Corona, *Capell. S. Zenonis, dep. a Parochia Medeae.*
(cum anim. 331).
D. Bressan Joann., Capellanus.

CHIOPRIS, *Parochia S. Michaelis Arch.*
(Jur. Patron. C. R. Fund. Camer. cum anim. 507).
D. Orlando Joseph., Parochus.
„ Delconte Joannes, Coop. et scholae Magister.
„ Bugatto Barth. Sacerd. quiescens.

Exposituræ
Parochiae Chiopris.

Viscone, *S. Zenonis.*
(cum anim. 311).
D. Buttignoni Petrus, Expositus.

Nogaredo, *S. Andreae Ap.*
(cum anim. 240).
D. Lusa Josephus, Exposit. et scholae Magister.

Mereano, *Vicariat. perpetuus S. Gothardi.*
(Jur. Patr. Communit. loci cum anim. 943).
D. Falzari Joann., Vicarius perpetuus.
vacat, scholae Magister et Benef. Falzari.
„ Comelli Natalis, Benef. Cecotti.
vacat, Substitutus Benef. Cecotti.

Morarum, *Vicariatus perpetuus S. Andreae Ap.*
(Jur. Patr. Communit. loci cum anim. 547).
D. Lusnik Francisc., Vicar. perp.
„ Malizh Ant., Subsid. et scholae Magister.
„ Vechiet Joannes, Sacerd. quiescens.

CAPRIVA, *Parochia Ss. Nominis B. M. V.*
(Jur. Patr. Communit. loci cum anim. 702).
D. Nardin Francis., Parochus.
„ Furlan Andreas, Coop. et schol. Magister.

Summa anim. Decanat. Cormontii 11825

XIV. Decanatus Visci.

VISCUM, *Parochia decanalis S. Mariae major.*
(Jur. Patron. C. R. Fund. Camer. cum anim. 640).
P. T. D. Goriup Stephanus, Paroch. Decan. Schol. Inspect. distr. et Consil. Consistor. ad hon.
vacat, Coop.

Joanniz, *Capell. S. Agnetis dep. a Par. Visci.*
(cum anim. 794).
D. Chiasolotti Jacobus, Capell.
vacat Capell. fest. et scholae Mag.
„ Gasparini P. Pius, Dominicanus jubil.

AJELLO, *Parochia S. Uldarici Ep. C.*
(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. 1468).
D. Lenardoni Joseph., Parochus.
„ Pittoni Julius, Coop.
„ Ceriani Joseph., Coop. et scholae Magister.

Exposituræ Parochiae Ajelli.

Ad **S. Viti.**
(cum anim. 586).
D. Cargnel Joseph., Expositus.

Crauglio, *S. Cantiani.*
(cum anim. 494).
D. Trevisan Angelus, Expositus.

STRASSOLDUM, *Parochia S. Nicolai Ep. C.*
(Jur. Patr. Com. a Strassoldo cum anim. 789).
D. Franzot Ant., Parochus.
„ Trevisan Petrus, Coop. et scholae Magister.
„ . . Beneficium B. M. V. Rosarii, Jur. Patron. Com. a Strassoldo prov. a Coop. et scholae Magistro.

CAMPOLONGO. *Parochia S. Georgii M.*
(Jur. Patr. Comunit. loci cum anim. 805).
D. Moretti Joan. Bapt., Parochus.
„ Venturini Julius, Capell. fest. et scholae Magist.

Cavenzano, *B. M. V. Assumpt.*
Capell. Fest. Paroch. Campol.
(cum anim. 406).
D. Burba Joannes, Capell. fest.

D. Dionisio Petrus, Sacerd. pens.

PERTEOLE, *Parochia S. Thomae Ap.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 879).

D. Pecorari Sebastianus, Paroch.

„ Pecorari Michael, Coop. et scholae Magister.

Saciletto, *Ss. Petri et Pauli Ap. Capell. fest. Paroch. Pert.*

(cum anim. 454).

D. Denissa Valentinus, Capell. fest.

Altura, *S. Blasii Capell. fest. Par. Perteole,*

(cum anim. 148).

vacat Capell. fest.

Summa anim. Decan. Visci 7463

XV. Decanatus Flumicelli.

FLUMICELLUM, *Par. decan. S. Laurentii M.*

(Jur. Patr. C. R. Fund. Camer. cum anim. 2586).

P. T. D. Tirindelli Petrus, Par. Decan., Inspector. distr. Schol. et Consil. Consist. ad honor.

D. Vercegnassi Joann., Coop.

„ Michelutti Franc., Coop.

vacat scholae Magister et Subsidiar.

„ Quargnali Fridericus, Acolytha.

AQUILEJA, *Par. B. M. V. Assumptae.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 1874).

D. Boscarolli Antonius, Parochus.

„ Battauz Joannes, Coop. et Benef. Pupi.

„ Marcovig Ant., Coop.

vacat Benef. Rizzi.

BELVEDERE, *Parochia S. Antonii Ab.*

(Jur. Patr. Fund. Relig. cum anim. 286).

D. Galli Joannes, Administr.

GRADO *insula, Par. Ss. Hermag. et Fort. Mm.*

(Jur. Patr. Communit. loci cum anim. 2581).

D. Pozzetto Nicolaus, Parochus.

„ Corbatto Matth. Coop.

„ Berini Leonardus, scholae Magister.

TERZO, *Paroch. S. Blasii Ep. M.*
(Jur. Patr. Com. a Cassis cum anim. **1533**).
D. Calligaris Josephus, Paroch. aurea cruce cum corona, " pro meritis " insignitus.
" Delpicolo Joan., Coop.
" Comar Francis., Coop. expos. ad S. Martini.

CERVIGNANO, *Parochia S. Michaelis Archang.*
(Jur. Patr. Com. a Cassis cum anim. **1791**).
D. Comuzzi Paulus, Parochus.
" Braida Dominicus, Coop. et Benef. Vellari.
" Venturini Angelus, Benef. Delzotto et schol. Mag.
vacat Benef. Bresciani

MUSCULUM, *Parochia S. Zenonis.*
(Jur. Patron. Fund. Relig. cum anim. **433**).
D. Canussio (de) Antonius, Administrator.

PRATICELLUM, *Parochia B. M. V. in templum praesentatae.*
(Jur. Patr. Famil. de Bollani cum anim. **281**).
vacat.

SCODOVACCA, *Parochia S. Marci Evang.*
(Jur. Patr. Nob. possidentium cum anim. **872**).
D. Olivo Ant., Parochus.
" Marega Antonius, Coop. et scholae Magister.

VILLA VICENTINA, *Par. Ss. Nominis B. M. V.*
(Jur. Patr. Comitissae a Camerata cum anim. **1039**).
D. Bennati Felix, Parochus.
" Cettul Petrus, Coop. et scholae Magister.

RUDA, *Parochia S. Stephani Protomartyris.*
(Jur. Patr. C. R. Fund. Cameral. cum anim. **1220**).
D. Grioni Francis., Parochus.
" Tribusson Joannes, Coop.
" Zorzini Josephus, Sacerd. pens.

Insula, **Barbana**, *Sanctuarium B. M. V. depend. a Cel.mo ac R.mo Ordinario.*
(cum anim. **15**).
D. Stagni Leonardus, Vice-Director.
vacat, Subsid.

Summa anim. Decan. Flumicelli **14511**

SACERDOTES

IN ALIIS DIOECESIBUS DEGENTES

In Archi-Dioecesi Viennensi.

D. Hrast Joann. Sacerd. } Alumni Instituti sublimioris educationis Presbyterorum ad S. Augustinum Viennae.
„ Zorn Aloy., Sacerd.

In Archi-Dioecesi Utinensi.

D. Brancovig Joseph., Capell. Castrensis. pens.
„ Bunz Francis., Capell. Castrensis.
„ Cumar Joann., Capell. Castrensis.
„ Del-Giudice Leonardus, Sacerd. pens.
„ Defacio Julianus, Sacerd. pens.
